~ Tome 5ème =

Composé de 442 pages écrites – (sans table)

Nª quelques feuilles paraissent avoir été enlevées à la fin du volume

BIBLIOTHÈQUE MUNICIPALE - TARBES

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

GLANAGE,
OU
PREUVES.

TOME CINQUIÊME.

BIBLIOTHÈQUE
COMMUNALE DE TARBES.
HTES PYRÉES

1747.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

TOME CINQUIÊME.

Declaration par Guillaume de Flavacourt, Archevêque d'Auch, sur le Patronage de la Cure de Coutenx. Coutenx. 1324. N°. 1.

PAteat universis, quod in mei Notarii publici et testium infrascriptorum presencia et testimonio, Reverendus in Christo Pater Dominus Willelmus de Flavicuria, divinâ providentiâ clementiâ archiepiscopus Auxitanensis, recognovit et confessus fuit Dominum Vitalem, Dei gratiâ abbatem Casœ Dei, ibidem presentem, habere et debere habere jus Patronatus presentandi ad eum Dominum Archiepiscopum et ad Successores suos, videlicet in Ecclesiis Sancti Petri de Cothenxs et Sancti Orientii de Sererin, unitis et Curatis: et ibidem idem Dominus archiepiscopus, ad presentationem dicti Domini abbatis, presentantis, discretum virum Magistrum Bernardum de Ferris, Jurisperitum, tanquam sufficientem et ydoneum ad Ecclesiasticum beneficium consequendum, dictas Ecclesias Sancti Petri de Cothenx et Sancti Orientii de Sererin, eidem magistro Bernardo pleno jure contulit, investiendo ipsum, et in corporalem possessionem ponendo jurium et deveriorum earumdem per traditionem sui annuli. Quâ presentatione et collatione, sicut predicitur, factâ, frater Petrus de Pererio, Canonicus et Procurator seu Sindicus Monasterii Casœ Dei, requisivit me notarium publicum infrascriptum, ut de dicta presentatione et recognitione juris Patronatus dictarum Ecclesiarum hujusmodi per Dominum Abbatem Casœ Dei ab antiquo et in posterum, sibi retinerem publicum instrumentum; et dictus Dominus Archiepiscopus dixit, quod placebat sibi, quod ego Notarius infrà-scriptus dicto Fratri Procuratori seu Sindico de premissis presentatione et recognitione juris Patronatus habendi in Ecclesiis antedictis retinerem et conficerem publicum instrumentum. Actum fuit hoc Auxis in presentia et testimonio Domini Bernardi, Abbatis Monasterii de Flarano; Domini Vitalis de Montebello, Canonici et Archidiaconi Sotiensis in Ecclesia Auxitana; ac venerabilis et discreti viri Domini Royerii de Sperriis, Jurisperiti ac Canonici Convenarum, et plurium aliorum: et mei Petri Rolberti, auxitanae Curiœ Domini Officialis Notarii, et totius Provinciœ auxitanœ publici, qui presens instrumentum

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Coutenx. 1324. N°. 1. retinui atque scripsi, et meo consueto signo signavi in testimonium premissorum, die Sabbati post ascensionem festum (26. mai) Domini, anno ejusdem m°. ccc°. vicesimo quarto, quibus die et anno fuerunt facte recognitio, presentatio et collatio [illegible] Ecclesiis antedictis.

Plene Selve. 1243. N°. 2.

Donation à l'Abbaïe de Pleneselve.

UNiversis presentes Litteras inspecturis, Willelmus Emeno, Petrus Mainardi, milites de Mirabello, Salutem et pacem. Noveritis, quod nos liberaliter et libenter pro salute nostra et parentum nostrorum dedimus et concessimus in puram Helemosinam Ecclesiæ de Plana Silva, et Fratribus ibidem Deo et Sanctæ Mariæ Magdalenæ famulantibus in perpetuum, quod ipsi à Feodatariis nostris, nec non et omnium aliorum hominum, qui in Parrochia Sancti Georgii, terras, prata, nemora, mosnarium vel molendinum ~~habens~~ à nobis habent vel possident, ea habeant et possideant salvo jure nostro, si ea ex donatione vel obligatione, vendisione, permutatione, vel ex aliquo alio contractu, possint habere sub ea condistione, quâ nobis homines, ex quibus eis obvenerint, tenebantur. Insuper dedimus et concessimus dictæ Ecclesiæ, quod pro aliquo delicto vel injuria à dictis Feodatariis nostris, vel aliis hominibus, in dicto Molendino non emparabimus aliquid, seu injuriam inferemus; sed ad aliud feodum de illata nobis injuria habebimus recursum. Ne autem dicta Ecclesia, aut Fratres ibidem Deo servientes, ex promissa donatione ab aliquibus valeant molestari, dedimus eisdem has nostras Patenses litteras, in testimonium sigilli venerabilis Domini Ramundi, Xanctonensis Archidiaconi, sigillatas; qui, ad instantias et preces nostras copiosas, ipsum presentibus apposuit in testimonium perpetuæ veritatis. Datum anno Domini m°. cc°. quadragesimo tercio.

Citeaux, Premontré. 1142. N°. 3.

Transaction entre l'ordre de Citeaux & l'Ordre de Premontré pour la distance entre les Maisons de ces Ordres, & la translation des Religieux.

IN nomine Sanctæ et individuæ Trinitatis. Amen. Confirmatio societatis et pacis inter Cistercienses et Premonstratenses. Igitur ad custodiam pacis et caritatis, utriusque Capituli assensu, inter utrumque Ordinem constitutum est et confirmatum, ut nullus Cisterciensium Canonicum, vel Novitium, seu Conversum Premonstratensis ordinis;

Ordinis; nullus Premonstratensium Monachum, vel novitium, seu conversum Cisterciensis Ordinis, nisi ex pari consensu recipiant; nullus in utroque ordine Locum recipiat ad Abbatiam ~~[illegible]~~ construendam, nisi infra quatuor leucas ad mensuram unius cujusque Provinciæ, preterquam in Anglia, ubi duæ leucæ pro una computantur, et in Longobardia duo milliaria pro una leuca; nisi forté antiqua loca sint, quorum redditus et possessiones ad tenendum conventum sufficiant; De grangia ad grangiam, sive de grangia ad abbatiam, ad minus semper una intersit leuca; mansio verò Sororum ab abbatia distet duabus leucis. Veruntamen terræ illæ, quæ ante annum incarnationis et diem, qui subscriptus est, susceptæ fuerint, similiter sub hac lege tenebuntur. Nullus in utroque ordine alter ab altero, tam de nutrimentis, quam de laboribus, decimas exiget vel accipiet. Si aliquis in utroque ordine de qualibet re emenda vel acquirenda, loco suo prius tractare, vel aliquem convenire inceperit, antequàm sponte dimiserit, nullus de altero ordine sibi usurpare vel impedire præsumat. Si forté in aliquibus et inter aliquos utriusque ordinis aliquid querimoniæ emerserit, et inter eos familiariter per aliquos Religiosos mediatores componi non poterit, sine majori audientia differetur, et ad audientiam alterius Generalis Capituli referetur, ut quisquis in eodem Capitulo reus esse claruerit, quod intulit dampnum prius restituat, et postmodùm in Capitulum Abbatis, quem offendit, veniens, usque ad satisfactionem antè pedes ejus se humiliet, reliquum verò pænitentiæ in disposisione Generalis Capituli sui ordinis permaneat. Commemorationem et plenarium officium pro omnibus Defunctis suis singulis annis invicem faciunt. Quod ut firmum deinceps et in æternum, quandiù utriusque Status viguerit, inconcussum permaneat, ego Rainaldus, Cisterciensis abbas, et Generalis nostri Capituli Conventus; Ego quoque Hugo, Premonstratensis abbas, et Generalis nostri Capituli Conventus, presenti Caritatis chirographo firmamus et sigillis nostris pariter consignavimus. Rainaldus, Cisterciensis abbas. Hugo, Premonstratensis abbas.

Bartholomæus, Abbas de Firmitate.
Bernardus, clarevallensis Abbas.
Wichardus, Pontiniacensis Abbas.
Walterus, Laudunensis abbas.
Gerlandus, Floreffiensis Abbas.
Henricus, Vivariensis Abbas.

Actum Premonstrati, anno Incarnationis Dominicæ m°. c°. xlij°. Epacta XX°. Indictione V.ª concurrente tertiâ; quinto Idus octobris.

A. iij.

Mr de Doat en raporte un autre accord dans les Recueils de l'an 1140. qui fixe les quatre lieues comme depuis Premontré jusqu'à St Medard de Soissons.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Citeaux. & Premontré. 1153. N°. 4.

Confirmation de Paix entre les deux Ordres.

IN Nomine Domini. Amen. Nos Abbates Premonstratensis et Cisterciensis ordinum pariter congregati, querelas quasdam, quœ inter Fratres nostros emerserant, fraternœ caritatis zelo et rationabili consideratione terminavimus. Quocircà utriusque Ordinis auctoritate statuimus, quœ ibidem sunt diffinita, irretractabiliter utrimque teneri secundùm recognitionem Personarum, quarum arbitrio diffinita noscuntur; sed ex hoc quoque utriusque ordinis auctoritate statuimus et firmamus, ut compositio et Societas inter utrumque ordinem olim firmata, et deinceps irrefragabiliter observetur, ut nulli nostrûm liceat inde aliquid dispensare vel aliquid contrà formam illam sibi invicem indulgere absque communi assensu Generalis Capituli Premonstratensis et Cisterciensis. Quidquid autem contrà illam compositionem presumptum fuerit, penitùs amittatur, et qui presumpserit, graviter puniatur. Commemoratio quoque et plenarium Officium pro omnibus et singulis Defunctis utriusque Ordinis, quotannis invicem fiat. Anno ab Incarnatione Domini m°. c°. liij°. hoc statuimus, et vice utriusque Capituli generalis firmamus nos abbates Ego Hugo, Premonstratensis; Ego Garinus, Sancti Martini Laudunensis; Ego Gillebertus, Viromandensis; Ego Philippus, de Sancti Petri monte; Ego Joannes, de Septem Fontibus; Ego Balduinus, de Bassofonte. Ego quoque Wicardus, Pontiniacensis; Ego Robertus, claræ Vallis; Ego Lambertus, Morimundensis; Ego Willermus, de Fonteneto; Ego Robertus, de Fusniaco, cum multis aliis utriusque Ordinis.

Casedieu. 1290. N°. 5.

Confirmation faite par Guillemette de Moncade, Dame de Riviere basse, des possessions de l'Abbaïe de la Casedieu dans ses Terres.

QUoniam labilis est memoria hominum, pagina seu Scriptura novi et Veteris Testamenti decrevit, et etiam Sanctorum Patrum auctoritatibus edocemur ea quœ fiunt ad perpetuam rei memoriam Scripturœ testimonio fulciantur. Idcircò Noverint universi presentes pariter et futuri, quod nobilis mulier Domina Guillelma, Domina Montis cathenis et Castriveteris, et Domina de Ripperia, Tarviensis Diocesis, constituta coram me Arnardo Willermi, publico notario de Ripperia, et testibus infrascriptis, non vi, nec metu compulsa, nec aliquâ fraude seu falsâ suggestione seducta, vel etiam circumventa,

Casedieu. 1290. N°. 5.

venta, ut ipsa asseruit; sed liberè et consultè, et gratuitâ et spontaneâ voluntate ad hoc inducta, recognovit et in veritate purè et liberè confessa fuit, quod Religiosi et venerabiles viri Dominus Stephanus, abbas monasterii (*supᵉ*) Casœdei, et conventus ejusdem loci, ordinis Premonstratensis, Auxitanœ Diocesis, tenent et possident, et eorum Predecessores tenuerunt et possiderunt pro longissimo tempore pacificè et quietè, et etiam à tanto tempore citrà de cujus contrario memoria non existit, vel alius seu alii eorum nomine vel mandato, Grangiam seu affarium vel territorium de Ribauta, cum juribus et pertinentiis suis, exceptis terris et juribus Johannis de Ribauta. Item affarium seu territorium deu Tilhet, cum juribus et pertinentiis suis. Item Casale de la Lane et de la Rotis apud Sanctum Dionisium, cum juribus et pertinentiis suis. Item domum d'Espangue, cum juribus et pertinentiis suis, cum terris, quœ sunt inter aquam vocatam Laros, et inter Rivum vocatum Lestée, et inter terram Domini Garsiœ Arnaldi de Antino, et inter terram Domini d'Asmentsivo, terris duntaxat exceptis, quas homines de Devesia habent ibi, tenent et possident. Item Casale de Orader, cum juribus et pertinentiis suis. Item Grangiam deu Nauret, cum juribus et pertinentiis suis. Item Domum de Maubourguet, cum juribus et pertinentiis suis, cum quibusdam servitiis et feudis, jornalibus, frustis seu petiis terrœ cultis et incultis in terra et districtu suo de Ripperia constitutis. Item recognovit etiam dicta Domina, et purè et liberè confessa fuit coram me Notario et testibus infrascriptis, dictum monasterium Casœdei, et Grangias predictas, et Fratres Conversos, Donatos, nuncios, et Pensionarios dicti monasterii (ailleurs patronarios) habere liberam padoentiam, servitutem ac usum et explectum depascendi cum omnibus animalibus suis grossis et minutis, cujuscumque generis aut pili sint, et eorum Predecessores, habuisse et tenuisse temporibus retroactis, à tanto tempore citrà, de cujus contrario memoria non existit, per omnes forestas, terras et nemora dictœ Dominœ, et per totam terram de Riperia, sine juris prejudicio alicujus, excepto tempore quo glandes sunt et apparent in dictis nemoribus et forestis, tunc enim debent et possunt inmittere, ponere porcos, scilicet usque ad quingentos Porcos, vel inter Porcos et Sues,

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Caledieu. 1290. N°. 5. et non plures, in dictis nemoribus et forestis, et hoc à festo beatæ Mariæ Septembris usque ad introitum mensis Madii; alioquin utantur et pascant liberè cum omnibus animalibus suis, sicut superiùs est expressum; quam quidem servitutem, usum et padoentiam, et explectum dicto abbati et conventui, Fratribus conversis, Donatis et partionariis dicti monasterii dicta de novo pro se et suis Successoribus, in dictis Nemoribus et forestis per totam terram suam Riperiæ liberè concessit atque donavit donatione purâ et simplici, et irrevocabili inter vivos. Item dicta Domina Guilhelma dedit purè et liberè pro se et suis Successoribus in perpetuum donatione purâ et simplici, irrevocabili inter vivos, predicto abbati recipienti pro se et nomine dicti Monasterii, jurisdictionem in omnibus affariis, honoribus, terris, territoriis et possessionibus supradictis, quam nobiles homines de Riperia, et meliores habent et exercent in Castris, villis, ac aliis locis suis de Riperia, et dicti abbas et conventus, et sui Successores possint, et eis sit licitum vendere pro eorumdem libito voluntatis, herbas, folia, glandes, arbores, felgatas | ailleurs Feugueras |, Coodram et circulos, fustes et ligna sicca et viridia, quibuscumque voluerint de suis terris superiùs memoratis; promittens dictus abbas, pro se et nomine dicti Conventûs, et pro suis Successoribus in perpetuum, quod si de predictis terris, territoriis affariis, honoribus et possessionibus aliquis conquaratur de predictis abbate et conventu, quod ipsi stabunt et juri comparebunt dicto conquerenti seu conquerentibus ad cognitionem et esguardum curiæ de Riperia, sicut alii Nobiles dictæ Terræ de Ripperia. Item promisit insuper dicta Domina et convenit dicto abbati, pro se et nomine dicti Conventûs solempniter stipulanti, quod de omnibus injuriantibus dicto Monasterio existentibus in districtu et jurisdictione sua, faciet Directum abbati et Conventui, et eorum Successoribus, secundùm usum terræ, justitiæ complementum. Item fuit actum et concessum expressè inter dictam Dominam Guillelmam, et dictum abbatem, pro se et nomine dicti Conventûs, quod dicti abbas et conventus, seu Successores eorum, non possint predicta territoria, affaria, honores seu possessiones, vel aliquid de eisdem territoriis, affariis, ut suprà, vendere ~~[illegible]~~ neque infeudare, vel aliàs alienare aliquibus hominibus existentibus extrà jurisdictionem et districtum

Dictæ

dictæ Dominæ Guillelmæ, vel Successorum suorum. Casedieu. 1290. N°. 5.
Si verò milites de Riperia et alii nobiles de Ripperia, de assensu et voluntate expressa dictæ Dominæ de terris suis, honoribus, sive affariis in totum, vel in parte, venderent, infeodarent, vel aliàs alienarent hominibus alterius jurisdictionis, quod illud idem dicti abbas et Conventus, qui nunc sunt, et fuerint in futurum, possint facere, et sit eis licitum absque conditione quacumque de terris, honoribus et affariis superiùs memoratis, salvo in omnibus jure dictæ Dominæ Guillelmæ. Item voluit dicta Domina Guillelma, et promisit, stipulatione sollempni interpositâ, quod in dictis terris, territoriis, affariis seu honoribus, alius seu alii nomine ipsius, nunquam ponet per se vel per alium bannum, nec aliàs ad mensam suam accipiet, nisi ob defectum juris, secundùm usum et consuetudinem terræ de Riperia; quod si faceret, presentatâ seu receptâ cautione de parendo juri secundùm usum et consuetudinem terræ in Riperia, à predicto Domino abbate, vel conventu, vel eorum Sindico, vel alio Fratre administratore dicti Monasterii, bannum sine difficultate qualibet removebitur, vel faciet removere. Si verò presentatam sive oblatam cautionem nollet recipere dicta Domina, vel ejus Locum tenens, vel ejus Bajulus, ~~[illegible]~~ quod tunc sit licitum dicto Domino abbati et Conventui, vel eorum Sindico, aut alii certo mandato eorum, ingredi dictos honores et possessiones, non obstante appositione dicti banni; et quod post oblatam cautionem seu presentatam, si eam non vult accipere dicta Domina, vel ejus Locumtenens, vel ejus Bajulus, vel Bajuli, dictum Bannum pro non posito habeatur, et quod liberè et absque omni poena, gagio, sive lege, possint ingredi et uti in dictis terris, honoribus et affariis, seu in aliquo eorumdem, sicut faciebant ante positionem banni predicti, nisi bannum poneretur pro re judicata. Item predicta Domina Guillelma, certa de facto et certiorata de jure, volens dicto monasterio pro salute animæ suæ, et parentum suorum, et totius sui generis remedio, facere gratiam specialem, predictas terras, et predicta affaria, et honores, et si quid etiam plus habent, tenent et possident, vel alius seu alii eorum nomine, dicti abbas et Conventus in Terra de Riperia supradicta, sive habuerint

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Case- ea emptione, donatione facta inter vivos, vel causâ
dieu. mortis, vel per legata, vel fidei commissa, vel pro he-
1290. leemosina, permutatione, pingnore, vel quocumque
N°. 5. alio titulo, à predicta Domina, vel à Predecessoribus suis
vel à subditis suis, sive à subditis subditorum suorum,
omnia illa laudavit, approbavit, ratificavit, et ex sua
certa scientia confirmavit, et promisit dicta Domina Guil-
lelma, solempni stipulatione interpositâ, pro se et omnibus
Successoribus suis, quod contrà predicta, vel aliqua de pre-
dictis, nunquam de jure veniet, vel de facto, per se, vel per
aliquam personam interpositam, aliquâ subtilitate juris,
vel facti; nec faciet, vel procurabit aliquid, per quod predicta
vel aliquid de predictis, rumpi valeant, vel modo quolibet in-
firmari: quas quidem confirmationes et donationes facit dic-
ta Domina Guillelma sine juris prejudicio aliquo, predictis Ab-
bati et Conventui, propter certa et grata servitia quae recon-
gnovit sibi et Predecessoribus suis per dictos Abbatem et Con-
ventum et eorum Predecessores fuisse impensa, et pro eleemo-
sina seu legata, et pro salute animae suae, et parentum suo-
rum remedio. Renunciavit insuper dicta Domina Guillelma,
certa de facto et certiorata sive certificata de jure, exceptioni
doli, mali pacti, conventûs, conditioni sine causa, vel ex nulla
sive injusta causa, et beneficio restitutionis in integrum, et
actioni in facto; et juribus dicentibus, Donationem factam ul-
trà summam quingentorum aureorum, absque insinuatio-
ne Judicis, non valere; et juribus dicentibus, contractum revo-
cari debere ubi quis deceptus est ultrà dimidium justi precii; et
Legi Juliae de fundo dotali, et juri ypothecarum; et authenticae,
Si qua mulier; et omnibus aliis juribus in favorem mulierum
introductis; et omni juri divino et humano, scripto et non scripto,
promulgato et promulgando, et omnibus Litteris et Privilegiis
impetratis et impetrandis, usui, foro, consuetudini, statutis terrae
generalibus et specialibus, et omni alii beneficio et auxilio juris
Canonici et civilis. Quam quidem generalem renunciationem
voluit dicta Domina Guillelma valere et obtinere roboris fir-
mitatem ac si omnes casus utriusque juris essent hic positi
ac etiam impetrati, expressam renunciationem desiderantes.
Haec autem omnia et singula supradicta predicta Domina
Guillelma, et predictus Abbas, promiserunt solempniter et conve-
nerunt

nerunt tenere et inviolabiliter observare, et in contra- Casedieu.
rium non venire in totum vel in partem, per se, vel per 1290.
aliquam personam interpositam, sacrosanctis Dei Evan- N°. 5.
geliis corporaliter manu tactis. Actum fuit hoc apud Cas-
trum novum de Ripperia, sexto Idus Junii, anno Domini
m°. cc°. nonagesimo, regnante Philippo, Rege Franciae; Edu-
ardo, Rege Angliae et Duce Aquitaniae. Hujus rei sunt testes
frater Arnaldus-Guillelmi de Torduû, Sacrista Domus Casae
Dei; frater Bernardus Beguer, Canonicus et Procurator Casae
Dei; frater Ramundus-Guillelmi Dorsau, Canonicus Casaedei;
Petrus Dorsau, Cappellanus Castri novi; Vitalis David, Capel-
lanus de Maseriis; Ramundus de Gelos, Guillelmus Claviger,
Guailhardus de Castro, clerici; Petrus Beguer, de Maseriis;
Guillelmus Bernardi Dorsau, de Castronovo; et ego Arnaldus-
Guillelmi de Salafranca, predictus Notarius publicus de Ri-
peria, qui, ad requisitionem predictae Dominae Guillelmae
et dicti Abbatis, hanc cartam scripsi, et in publicam formam re-
degi, et singno meo consueto singnavi.

Translaction entre Pierre, Evêque de Tarbe, & l'Ab- Evêques
bé de la Casedieu sur les Eglises de Theus & Tieste. de Tarbe.
1347.
N°. 6.

NOverint universi presentes pariter et futuri, quod
anno Domini m°. ccc°. xlvij°. die vicesimâ quartâ No-
vembris, Pontificatûs Sanctissimi in Christo Patris et Domini
Domini Clementis, divinâ Providentiâ Papae Sexti, anno sexto,
super debato et questione ortis inter Reverendum in Christo
Patrem et Dominum Dominum Petrum, divinâ miseratione Tar-
viensem Episcopum, nomine suae Tarviensis Ecclesiae, ex par-
te una; et venerabilem in Christo Patrem Dominum Domi-
nicum, Dei gratiâ Abbatem monasterii Casae Dei, ordinis Pre-
monstratensis, Auxitanae Diocesis, nomine dicti Monasterii,
super eo quod idem Dominus Abbas presentaverat eidem Do-
mino Reverendo Episcopo Fratrem Bernardum Porquerii, Cano-
nicum monasterii Casae Dei, in Rectorem Ecclesiarum de Theus
et de Tiesta, Diocesis Tarviensis, unitarum, ut idem Dominus Ab-
bas asserebat, ad ipsius Domini Abbatis presentationem spec-
tantium, cum dictae Ecclesiae de Theus et de Tiesta de presenti
vacarent de jure et de facto per mortem Domini Arnaldi de Sa-
rraucto, Canonici Casae Dei, ultimi Rectoris earumdem Ecclesiarum,
maximè cum dictae Ecclesiae, ut idem Dominus Abbas asserebat,
ut prefertur, essent unitae, et fuissent et consueverint per unum
Rectorem, videlicet Canonicum Casae Dei ad presentationem

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Evêques de Tarbe. 1347. N°. 6.

dicti Domini abbatis et Predecessorum suorum, qui pro-
tempore fuerint dicti Monasterii, regi et gubernari, et ideo
peteret idem Dominus abbas ad ipsius tanquam patroni
dictarum Ecclesiarum presentationem per dictum Dominum
Episcopum Reverendum admitti et recipi, et eundem Fratrem
Bernardum, presentatum, ad dictas Ecclesias sic unitas in
Rectorem institui, et eidem concedi regimen earumdem Ecclesia-
rum, et curam ipsarum committi eidem, dicto Domino Reverendo
Tarviensi Episcopo contradicente et negante unionem per dictum
Dominum abbatem dictarum Ecclesiarum de Theus et de Tiesta
allegatam fore veram, imò affirmante quamlibet dictarum
Ecclesiarum, seu alteram ipsarum, videlicet de Thiesta, per sin-
gulos Rectores etiam singulares consuevisse regi et gubernari,
et non per Canonicum Casaedei, nisi à pauco tempore citrà; Su-
per hiis enim et aliis, regimen, et jura et deveria dictarum
Ecclesiarum tangentibus, idem Dominus Reverendus Episco-
pus Dominus Petrus, divinâ miseratione Tarviensis Epis-
copus, vocatis per ipsum et presentibus venerabilibus et re-
ligiosis viris Domino arnaldo de Gayrosa, de Barelhaguesio;
Ramundo-arnaldi de Fagia, de angulis; Garsia-arnaldi de
incalur Mealeia, de Ripperia aduri, archidiaconatuum archidiaconis;
amanevo de Berenchis, Precentore; aremario de Lantario,
Sacrista; Johanne de Montealto, Petro arnaldi de Durban,
arnaldo-Guillelmi de Sent Sebie, canonicis Cathedralis Ecclesiae
Tarviensis, ad infrà scripta vocatis specialiter et congregatis
in aula Episcopali Tarviensi, ad sonum campanae capitulan-
tibus, et Capitulum et majorem partem Capituli facientibus,
more solito, et tractatu et deliberatione prehabitis inter ipsos
Dominum Episcopum et Capitulum super infrà scriptis, atten-
dentes, quod redditus dictarum Ecclesiarum Parochialium beati
Laurentii de Theus et beati Johannis de Tiesta, ad presenta-
tionem dicti Domini abbatis Casaedei pertinentium, per Rectores
dictarum Ecclesiarum ab olim percipi consueti, et ad ipsos —
Rectores pertinentes et spectantes, sunt adeò tenues et exiles,
quod redditus earumdem non sufficiunt cujuslibet dictarum
Ecclesiarum per se ad sustentationem unius Rectoris proprii
presentandi et instituendi in qualibet Ecclesia predictarum; —
idcirco dictas Ecclesias beati Laurentii de Theus et beati Johannis
de Tiesta ab olim consuetas quandoque per unum Rectorem,
quandoque per singulos sive duos, gubernari et regi, dictus Do-
minus Reverendus Episcopus, de consensu dicti sui Capituli, univit;
et

Evêques de Tarbe. 1347. N°. 6.

et voluit, tractatu diligenti prehabito cum dicto Capitulo,
et utilitate dictarum Ecclesiarum attentâ, pro ex tunc
perpetuò pro unitis habeantur, juris solempnitate, quae
in talibus requiritur, observatâ et premissa. Predictam
autem unionem dictus Dominus Episcopus fecit de consensu
quo suprà, protestando quod non intendit propter hoc pre-
judicare juri ipsius Domini Episcopi, nec archidiaconi, in vi-
sitationibus dictarum Ecclesiarum, procurationibus, aut
aliis juribus eisdem competentibus in dictis Ecclesiis, et per eos-
dem percipi consuetis. Quam quidem unionem prefatus Do-
minus Episcopus, de voluntate, consensu et assensu dicti —
sui Capituli, et dicti venerabilis in christo Patris Domini Domi-
nici, abbatis monasterii Casaedei, sic volentis pro se et toto
suo conventu, ut asseruit; Et subsequenter etiam cum esset
questio et debatum inter dictum Dominum Episcopum, no-
mine dictae suae Tarviensis Ecclesiae, et dictum Dominum
abbatem Casaedei, nomine dicti sui Monasterii, super eo —
quod idem Dominus Reverendus Episcopus, nomine quo suprà,
asserebat, ex antiqua consuetudine in sua Diocesi Tarvien-
si diutiùs observata, Bona, quae quondam fuerunt dicti
Domini arnaldi de Sarauto, Canonico Casaedei, et Rectoris dic-
tarum Ecclesiarum de Theus et de Tiesta quondam, et aliorum
Rectorum, qui pro tempore fuerunt, Tarviensis Diocesis, —
vigore dictae consuetudinis ad se pertinere nomine dictae —
Tarviensis Ecclesiae, et ad suos Predecessores pertinuisse, et ad
se etiam de presenti pertinere debere, dicto Domino abbate,
pro se et dicto suo monasterio, contrarium asserente, et di-
cente ad se et ad dictum suum monasterium, premissa per-
tinere et pertinere debere. Super hiis enim dicti Domini Re-
verendus Episcopus, de consensu et assensu sui Capituli me-
morati, et unà cum ipsis Dominis Canonicis superius nomina-
tis sic capitulantibus, ut premittitur, tractatu et deliberatione
inter ipsos ad infrascripta facienda prehabitis, ex parte —
una, et dictus Dominus Dominicus, abbas prenominatus, pro
se et dicto suo monasterio, et toto conventu suo, et de volun-
tate, consensu et assensu dicti Conventûs, ut asseruit, et ha-
bitâ deliberatione cum dicto suo Conventu ad infrascripta,
ex parte alterâ, amicabiliter et concorditer venientes ad —
amicabilem et perpetuam concordiam de eisdem, Composue-

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Evêques de Tarbe. 1347. N° 6.

runt, et transigendo firmaverunt et convenerunt in modum infrascriptum, videlicet, quod si et dum Rector seu Rectores dictarum Ecclesiarum de Theus et de Tiesta et de Plazencia, Diocesis Tarviensis, ad presentationem dicti Domini abbatis spectantium et pertinentium, decesserint, cujus cumque conditionis, ordinis et dignitatis dicti Rectores existant, et ubicumque decedant, bona ipsorum, et quae ipsis supererunt, Rectori seu Rectoribus dictarum Ecclesiarum provenientia, seu quae proveniunt ex fructibus ac redditibus dictarum Ecclesiarum unitarum, et de Plazencia, qui extabunt tempore obitûs ipsorum Rectorum et infirmitatis precedentis, et etiam dicti Arnaldi de Sarrauto jam defuncti, inter dictum Dominum Reverendum Episcopum Tarviensem, qui nunc est, et qui pro tempore fuerit in Ecclesia Tarviensi, et dictum Dominum abbatem Casae Dei, qui nunc est, et qui pro tempore fuerit dicti monasterii, per medium, et aequaliter, et aequis partibus dividantur; et si forsan ipsorum Rectorum bona fuerint in Diocesi Tarviensi, idem Dominus Tarviensis Episcopus, qui nunc est, et qui pro tempore fuerit in Ecclesia Tarviensi, dent et dare teneatur, dicto Domino abbati, qui nunc est, Casae Dei, et qui pro tempore fuerit Casae Dei Monasterii predicti, medietatem integram omnium bonorum predictorum Rectorum ex dictis fructibus et redditibus provenientium et existentium tempore obitûs ipsius Rectoris, et infirmitatis precedentis, et de ipsis habeat reddere rationem legitimam fideliter et sine fraude. Item viceversâ, si Rectores decesserint dictarum Ecclesiarum alibi extrà Diocesim Tarviensem, et bona ipsorum essent sub potestate ipsius Domini abbatis, vel Successorum suorum, vel ubi idem Dominus abbas posset ipsa bona tenere et habere, quod pari modo idem Dominus abbas, et ipsius Successores, qui pro tempore fuerint dicti monasterii, dent et dare habeant et teneantur prefato Domino Tarviensi Episcopo, qui nunc est, et Successoribus suis, qui pro tempore fuerint in Ecclesia Tarviensi, medietatem omnium bonorum predictorum integram, quae quondam fuerint dictorum Rectorum, seu alterius eorumdem, et de ipsis habeat reddere legitimam rationem fideliter et sine fraude de eisdem bonis per modum prelibatum.

Evêques de Tarbe. 1347. N°. 6.

prelibatum. Item voluerunt Partes predictae, nominibus quibus suprà, expressè, quod idem Dominus Tarviensis Episcopus, qui nunc est, et ipsius Successores, qui pro tempore fuerint in Ecclesia Tarviensi, pacificè et liberè, si et dum Rector seu Rectores dictarum Ecclesiarum de Theus et de Tiesta, et etiam de Plazencia, ad presentationem dicti Domini abbatis spectantium, mori contigerit, habeat pro vacante primi anni cujuslibet Rectoris post eorum mortem seu obitum, medietatem omnium fructuum, redituum et proventuum ad Rectorem seu Rectores eosdem in dictis Ecclesiis spectantium et pertinentium, et quod alia medietas sit dicti Domini abbatis et Successorum suorum, nomine dicti monasterii; ita tamen quod de mediate remanente penes dictum Dominum abbatem et Successores suos, honera dictarum Ecclesiarum debita, et solvi et subportari consueta subportentur; et ita fuit inter ipsos Dominum Episcopum Tarviensem, et Dominum abbatem, de licentia, auctoritate, consensu et assensu quibus suprà, habitum, compositum, tractatum; et ultrà predicta, idem Dominus Reverendus Episcopus, qui nunc est, et Successores ipsius, qui pro tempore fuerint, nichil petere valeant in futurum in bonis et rebus predictis in bonis et rebus predictis, sed per modum predictum, juxtà compositionem et transactionem eamdem quilibet ipsorum perpetuò conservetur. Item dictus Reverendus Episcopus, de consensu et expresso assensu dicti sui Capituli, et habito inter ipsos primitùs tractatu et deliberatione, voluit et consensiit, quod perpetuò dictus Dominus abbas, et alii abbates, qui pro tempore fuerint, nomine dicti sui Monasterii, possint et valeant presentare, tanquam Pattroni seu Pattroni, dicto Domino Episcopo, et ejus Successoribus, in Rectores dictarum Ecclesiarum de Theus et de Tiesta unitarum et de Plazentia, ad presentationem dicti Domini abbatis spectantium et ejus monasterii, si et dum casus evenerit, Canonicum seu Canonicos dicti Monasterii Casae Dei; et quod dictus Dominus Episcopus, qui nunc est, et qui tempore fuerit, teneantur admittere et instituere eumdem seu eosdem ad

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Evêques de Tarbe. 1347. N° 6.

dictas Ecclesias unitas et de Plazentia, et in eisdem presentandi seu presentandum, ita tamen quod ipsi canonici juramentum fidelitatis et obedientiæ, ut alii Rectores diocesis Tarviensis prestare idem Domino Episcopo et suis Successoribus, qui pro tempore fuerint, habeant et teneantur, salvis et retentis, ac etiam reservatis, per dictum Dominum abbatem, nomine dicti sui Monasterii, decimis quibuscumque, et aliis fructibus et redditibus, proventibus et aliis deveriis per dictos Dominum abbatem et conventum, et ejus predecessores, nomine dicti eorum monasterii, ab olim percipi et levari consuetis in dictis Ecclesiis de Theus, et de Tiesta, et de Plazentia, sed quod non obstantibus omnibus et singulis superius in presenti publico instrumento expressatis, ea valeant et possint liberè percipere et levare, prout hactenius ipsi et eorum predecessores consueverunt; et quod premissis eisdem Domino abbati et Conventui, nomine quo suprà, nullum possit prejudicium generari per presentem compositionem. ad quam retentionem et ad alia suprà dicta dictus Dominus Episcopus, de consensu dicti sui Capituli consensiit, et ea sic fieri et compleri voluit, sed predicta omnia et singula, ut superius sunt expressa, quælibet pars tenere, servare, complere, et non contrà facere vel venire, promiserunt, sub ypotheca et obligatione omnium bonorum suorum, et dictarum Ecclesiarum, et monasterii Casædei, presentium et futurorum; renunciantes omni juri canonico et civili, scripto et non scripto, ope quorum contrà predicta venire possent aut aliàs se juvare. actum fuit hoc Tarviæ, anno, die et Pontificatu quibus suprà; presentibus discretis viris Dominis Germano Restolli, Baccalario in legibus; Ramundo Aremari, Ramundo Dominici, predictis familiaribus dicti Domini Episcopi; magistro arnaldo de Borguaria, Baccalario in legibus, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Et ego Petrus de Minasio, Clericus Tarviensis Diocesis, notarius auctoritate imperiali creatus, premissis omnibus et singulis, unioni, compositioni, transactioni et cæteris prescriptis in hujusmodi publico instrumento contentis, dum sic agerentur, unà cum prenominatis et prescriptis testibus presens fui, eaque omnia et singula recepi, retinui, scripsi manû propriâ, et signo meo consueto signavi in testimonium omnium premissorum.

Le Necrologe

~~PREUVES DU LIVRE V.~~ V. p. 20.

~~Necrologe de la Casedieu~~ ~~Nec.~~

Extrait du Martirologe de la Casedieu. N° 7.

... Le Necrologe, qui est à present dans les archives de la Casedieu, n'est que la copie d'un plus ancien. on y en voit encore quelques feüillets. Il est precedé d'un martirologe aussi copié sur un autre.

J'ai extrait de ce martirologe les articles suivans, aprez lesquels je copierai le Necrologe.

XVIII. Kalendas Septembris [15. Août] Assumptio Sanctissimæ Genitricis MARIÆ, cujus Sacratissimum corpus, ubi nutu et consilio divino occultatum sit, plus elegit sobrietas Ecclesiæ nescire, quàm frivolum aliquid et apocrifum inde tenere.

V. Kalendas Septembris [28. Août] In Aphrica apud Iponem civitatem depositio Sti. Augustini, Episcopi, excellentissimi Doctoris, qui tantæ scientiæ, tantique studii fuisse dinoscitur, ut quæ ab eo dicta et edita, quæque in Ecclesia disputata, excepta, atque emendata sunt, vel adversùs hereticos, vel ex canonicis Libris exposita, ad edificationem Sanctorum Ecclesiæ Filiorum, vix quisquam studiosorum omnia perlegere et nosse sufficiat.

IV. Kalendas Septembris [29. Août] Decollatio vel potiùs Inventio capitis Beatissimi Joannis Baptistæ: Siquidem Decollationem ejus circà sollemnitatem Pascalem ex Evangelica comprobatur Lectione, quæ tamen hîc festiva recolitur, quando caput ejusdem secundò repertum est in Edessa civitate

BIBLIOTHÈQUE COMMUNE DE TARBES

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Martirologe de la Casedieu. N°. 7.

à quodam Presbitero nomine Marcello, atque in Ecclesia magnificè reconditum.

VIII. Kalendas Octobris [24. Septembre] Conceptio Sancti Ioannis Baptistæ.

V. Nonas Octobris [3. Octobre] Natale Sancti Dionisii Ariopagitæ, qui, ut Liber actuum Apostolorum indicat, ad predicationem beati Pauli, Apostoli, apud Athenas ad fidem Christi conversus, primus ejusdem Civitatis Episcopus ab eodem est constitutus: qui etiam post clarissimam confessionem fidei, post gravissima tormentorum genera, glorioso martirio coronatus est, ut testatur Aristides, Atteniensis, vir, fide, sapientiaque mirabilis, in eo opere quod de Christiana Religione composuit.

VII. Idus Octobris [9. octobre] Parisius natale Sanctorum Martyrum Dionisii, Episcopi, Eleutherii, Presbiteri, et Rustici, Diaconi, qui à beato Clemente, Papa, in Gallias, predicandi gratiâ, directi, apud prefatam urbem à Prefecto Fescennino ob commissi sibi operis instantiam gladio animadversi sunt.

Necrologe de la Casedieu. N°. 8.

on trouve dans le necrologe divers noms de familiers de la Casedieu, de Sœurs, et autres Bienfaiteurs. je n'ay pas jugé à propos de les copier tous. je m'en tiendrai à ceux qui peuvent repandre quelques Lumieres sur l'histoire que j'écris.

JANVIER.

Janvier.

Kalendis Januarii, Commemoratio Ramundi, Episcopi Lascurrensis . . . . et Ramundi, Canonici Lascurrensis: . . . . et Johannis de Condomio, — Burgensis Nugarolii.

Janvier. Necrologe Casedieu. N°. 8.

2. IV. Nonas commemoratio . . . . fratris Johannis de Mathario, Sacerdotis et Rectoris de Plasentia.

3. III. Nonas. Commemoratio Ulrici, Prepositi . . . . et Guillelmi, Prioris . . . et fratris Bernardi de Coutenxis, Rectoris de Leviaco.

4. Pridiè Nonas. Commemoratio Lucæ, Abbatis.

5. Nonis commemoratio . . . . Guillelmi-arnaldi de Cocio, Domicelli, qui dedit nobis agreria et servitia in territorio de Bararan propè Grangiam de Bougosio, cui concessum est plenum anniversarium cum instrumento: et fratris Bernardi de Comba, Canonici et Grangerii hospitalis de Vico: et fratris Petri de Melhono, Rectoris de Plasentia, Baccalarii in Decretis.

Du Cos
ad succurrendum. il y avoit autrefois Canonici ad succ. qui prenoient l'habit à la mort pour participer aux prieres. Dict. univ. et comme dit Mr. Milles dans l'abregé de l'histoire de Bourgogne tom II. p. 231. pour subvenir à la satisfaction que chacun doit à la justice divine. Les moines en ces tems d'ignorance disoient que leur habit etoit un second baptême, et qu'on a [illegible] dans des siecles plus eclairés que l'habit ne fait pas le moine.

6. VIII. Idus Commemoratio . . Theobaldi de Petrucia, ad succurrendum, qui dedit nobis duos solidos morlanorum et medium annuatim in Casali de Serra apud Julhac ad opus luminis Beatæ Mariæ, et unam sarcinam vini in vinea de Julhac. . . . . Item obiit frater Guilhermus de Sancto Petro, Prior hujus monasterii, Baccalariusque in Decretis, Rector Ecclesiæ de Plasencia, pro cujus anima Reverendus Pater Dominus Dominus Johannes de Monteacuto, consobrinus dicti de Sancto Petro, et abbas dicti monasterii, fundavit unum responsorium de recorderiis celebraturum super sepulturam dicti de Sancto Petro die sui obitus de summa xij. solidorum dividendorum inter Presbiteros presentes, et solventur per officium Vestiarii.

7. VII. Idus commemoratio Frontonis, Canonici Lascurrensis . . . et Guillelmi Casajed, qui dedit nobis unum diurnale terræ à Barxs ad fontem de Bug.

8. VII. Idus commemoratio . . . Guillelmi arnaldi -

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Janvier. ~~[illegible]~~ Necrologe. Casedieu. N°. 8.

de Cio, qui dedit nobis tres solidos annuatim ad Calavied in die natalis Domini ... et Peyronæ, quæ dedit nobis quatuor jugera terræ in Casali deu Brocar ad Dusabon... Eodem die commemoratio Fratrum sanctæ Christinæ, fratrum Sti. Victoris Parisius, et de Fonte Ebraldi, et Cluniacensium, quibus, &c.

9. V. Idus commemoratio ... Dominici de Darrerio, qui dedit nobis viginti florenos, pro quo tenemur facere specialem memoriam in Vigiliis et missa, et mediam commendationem in conventu.

10. IV. Idus commemoratio ... Dominæ Amarivæ de Podenasio, familiaris, quæ dedit nobis centum solidos morlanorum: et Armanni de Biolota, qui dedit nobis trecentos solidos morlanorum: et Arnaldi de Bilhera, qui dedit nobis cccc. solidos morlanorum: pro quibus ordinatum est per abbatem et conventum, quia predicti denarii missi fuerunt ad utilitatem monasterii, quod pro ipsis in conventu fiat sollempne anniversarium, et pro isto anniversario recipiant Pictanciarii pro Pictancia xxxa. solidos ~~[illegible]~~ monetæ de obliis in Grangia de Marrenxs in Circumcisione Domini.

Marrenx

11. III. Idus commemoratio ... Fratris Vitalis de Fabro, Prioris hujus monasterii, Rectoris de Tabautio, Grangerii que Sancti Martialis, qui dedit nobis quindecim scuta pro fundatione unius obitus pro Patre, Matre et suis benefactoribus, pro quo Vestiarius teneatur dividere Presbiteris unum scutum inter cantandum responsorium Libera, et facere pictanciam usque ad summam novem solidorum

Janvier. N°. 8. Necrologe. Casedieu.

solidorum, pro quo tenemur celebrare unam missam de Requie cum pulsatione campanarum.

12. Pridiè Idus commemoratio Bernardæ, quæ dedit huic domui sex jugera terræ à Larrosset, ... et Domini Johannis de Vite, abbatis de Combelonge, qui fuit Canonicus hujus monasterii, qui erat de Sentialhe de Angles, et rexit dictam Ecclesiam de Combelonge per septem annos, anno Domini m°. ccc°. xxj°.

13. Idibus commemoratio .... Guillelmi de la Tapie, ad succurrendum, pro quo Bernardus Bayer dedit unum diurnale terræ à Pratlone dedens lo Lascorr: .... et Guillelmi de Bordis, Canonici et Sacerdotis, qui dedit nobis in suo ultimo testamento viginti florenos pro uno obitu, pro quo tenemur facere specialem memoriam in Vigiliis, et in missa, et mediam commendationem in conventu.

Tapie

14. XIX. Kalendas Februarii commemoratio .. .. Domini Guillelmi Arnaldi de Birano, aliàs dicti Castay, qui dedit Lampadi Beatæ Mariæ de Vico viginti solidos morlanorum in terris et casalibus apud Biranum et Ordanum: et Galaciæ, quæ dedit nobis tria jugera terræ à Trivia.

Biran

15. XVIII. Kalendas Februarii, commemoratio .. Ramundi, ad succurrendum, qui dedit nobis unum diurnale terræ à Lastacoeres de Serris: et Bidonis, qui dedit huic domui duos solidos morlanorum annuatim persolvendos in casalibus deu Juncadill: et Sancii, familiaris, qui dedit nobis medietatem casalis de Casaje.

16. XVII. Commemoratio Domini Bernardi, abbatis hujus Ecclesiæ primi ... et Garsiæ, qui dedit huic domui terram de Massecab: et Arimotæ, quæ

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Janvier.
N° 8.
Necr. cas.
Angles

dedit nobis duo jugera terræ à Camps : et Theobaldi, Domini de Bettucia et angulis, qui dedit nobis decem libras turonensium parvorum annuatim solvendas in territorio de Caro, de Ruppe, deu Calhau, et aliis proximioribus territoriis suis, pro capellania et anniversario tenendis in altari beatorum Martyrum Laurentii et Stephani in monasterio Casadei, qui quidem Dominus Theobaldus obiit sub anno Domini m°. ccc°. xxx°. iij°.

17. XVI. Kalendas Februarii commemoratio ... [illegible] Guillelmi de Baragosa, et Marchæ, uxoris ejus, qui dederunt huic domui xxx^a. solidos morlanorum, qui fuerunt missi in casali de Sererin.

18. XV... commemoratio ... Petri de Ponte, qui dedit huic domui casale de Salabert et casale de Saulane : et Bernardi de Gayan, qui dedit nobis unum novale terræ à Siarroy : et Centulli, comitis Bigorræ.

19. XIV.

20. XIII... Commemoratio ... Dominæ Angevinæ de Bages, ad succurrendum : et Fortonis Garsiæ, Sacerdotis, qui dedit huic domui tria jugera terræ apud Grangiam de Siarroy.

21. XII... commemoratio ... Arebini, fabri, ad succurrendum, qui dedit nobis centum solidos Tieronenses.

22. XI... Commemoratio ... Garsiæ-arnaldi, abbatis Urdacii.

23. X... commemoratio ... Maurini, Canonici Lascurrensis.

La fite

24. IX... commemoratio ... Vitalis de Fita, militis, qui dedit nobis padoentiam per totam terram suam,

Janvier.
N° 8.
Necr. cas.

suam, de consensu et voluntate Condor, uxoris suæ, et filiarum suarum, et omnium heredum suorum, qui omnes astabant cùm hoc fieret, et donationem pariter laudaverunt.

25. VIII. Kalendas Februarii, commemoratio ... Ramundi de Cotenx, ad succurrendum, qui dedit nobis terram, quam tenet Guillelmus Ramundi de Cotenx, cum omnibus juribus suis ; quæ terra facit duos solidos Tholosanorum annuatim : et Dominici, qui dedit unum diurnale terræ à Siarroy : et Luciæ de Castet, quæ dedit nobis totam terram quam habebat à la fita.

thieste

26. VII... commemoratio ... Geraldæ de Thieste, quæ dedit huic domui totam Ecclesiam ejusdem Thieste, quæ erat impignorata pro ducentis solidis, quos solverunt fratres hujus domus : et Galhardæ, quæ dedit nobis duo jugera terræ à Sarrad.

27. VI... Commemoratio Ramundi, Canonici Lascurrensis ... et Guillelmi arnaldi, Canonici Tarviensis : ... et fratris arnaldi de Tribuncio, qui dedit nobis quindecim florenos, pro quo tenemur facere memoriam in Vigiliis et in missa, et mediam commendationem in conventu.

28. V... Commemoratio Guillelmi-alterii, abbatis Laudunensis.

29. IV... Commemoratio ... Bertrandi, abbatis Combæ longæ, ... et Vitalis Agulhe, qui dedit huic domui duo jugera terræ à Morelon angle.

Castera [illegible]

30. III... commemoratio ... arnaldi-Guillelmi de Lalanes, qui dedit huic domui totam terram quam habebat à Sobanhac : et domini Augerii de Casterario, militis et familiaris.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Janvier. N°. 8. Necr. cas.

31. Pridie Kalendas Februarii, commemoratio ... Vitalis de Saroser, qui dedit nobis unum diurnale terræ à Barcs apud combam des mons: et arnaldi de Marsano, ad Succurrendum, qui dedit nobis centum solidos turonensium parvorum.

Fevrier.

FEVRIER.

KAlendis Februarii, commemoratio .. Vitalis de Gem, canonici, ad succurrendum, qui dedit nobis nobis unum diurnale terræ au Playsag. .. et Vitalis de Rippa alta, qui dedit huic domui duas partes in Ecclesia de Caaron, et terram in multis locis: et Bernardi de Ripperia, qui dedit huic domui septem solidos annuatim à Cererin in die Sancti Jacobi. — Riviere

2. IV. Nonas, commemoratio ... Bernardæ Sancti Dyonisi, quæ dedit nobis totam terram, quam habebat à Moles, quam priùs tenebamus in pignore pro viginti solidis: et Bines de Artiganova, quæ dedit nobis, cum matre sua, unum diurnale terræ ad Vadum Vauso.

3. III. Commemoratio ... Petri de Lesia, qui dedit nobis pro se et matre sua, xxij. solidos, de quibus herbatgium Fortanerii de Baulat emimus. — Braulue

4. Pridie ...

5. Nonis commemoratio ... Bonæ de Lartigola, quæ dedit huic domui tria jugera terræ à Morelon angle: et fratris Bernardi de Malardo, cantoris et subprioris hujus Ecclesiæ.

6. VIII. Idus, Commemoratio ... fratris Johannis de Materio, Rectoris de Ardenaco, qui dedit nobis viginti florenos pro se, patre et matre, et

Fevrier. N°. 1. Necr. cas.

et parentibus suis, et pro quibus orare tenetur, qui fuerunt missi ad utilitatem officii Vestiariæ, pro quo tenemur facere memoriam in Vigiliis et in missa, et mediam commendationem in conventu, cum pulsatione campanarum.

7. VII. Idus commemoratio .. Fortonis, canonici Lascurrensis, ... et Forcii Sancii de Prato, qui dedit nobis duo jugera terræ à Vera: et Sariæ de la Serra, quæ dedit nobis duo jugera terræ à Nozele.

8. VI... Commemoratio ... Guillelmi deu Baradar, qui dedit huic domui cucud et Bechmerli, cum pertinentiis suis, apud Laviac.

9. V... Commemoratio ... Petri de Baulato, ad Succurrendum: et Petri, Sacerdotis et canonici Lascurrensis: et Sanctii deu Castanher, qui dedit nobis, pro se, et uxore sua, xxti. solidos morlanorum, qui fuerunt positi in Terra de la Tapie: et Arnaldi Guillelmi d'Arricorb, militis, ad succurrendum: et Johannetæ de Furcata, quæ dedit nobis decem florenos, pro qua tenemur facere specialem memoriam in Vigiliis et in missa, et mediam commendationem in conventu. — arrius corv

10. IV... Commemoratio ... Guillelmi Garsiæ, qui dedit nobis unum diurnale terræ juxtà fontem de Caaron.

11. III... Commemoratio ... Odonis de Tyeste, qui dedit huic domui totum jus quod habebat in Ecclesia de Theus, et in culhera de Pratolongo, quæ omnia priùs tenebamus in pignore pro centum solidis: et Tiggaunia, quæ dedit nobis unum diurnale terræ à Ardenac: ... et Bernardi, qui dedit — tyeste

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Fevrier.
N°. 8.
Necr. cas.

nobis xxij. denarios annuatim, et quinquaginta solidos Tholosanos.

12. Pridie Idus, commemoratio Palome de Troncen, quae dedit huic domui casales de Plazalot, cum pertinentiis suis, quod tenebamus in pignore pro xxti. solidis: et Vitalis de Arbobera, qui dedit huic domui tria jugera terrae à Cumetz: et arnaldi de Sancto Martino, qui dedit tria jugera terrae à Balivere, et duo ad vadum de Julhac: et Guillelmi Vaquerii, ad Succurrendum, qui dedit Sacristaniae sex solidos Parisienses apud Deveziam.

13. Idibus Commemoratio... Galhardae de Barez, quae dedit huic domui terram, quam habebat à la Cassaña: et Julianae, familiaris, quae dedit nobis viginti solidos: et Domini Arnaldi-Guillelmi de Torduno, abbatis de Capella.

14. XVI. Kalendas Martii, commemoratio... Fortonis de Tabauz, qui dedit huic domui omnia jura quae habebat in Ecclesia de Tabauz: et Bonae, quae dedit nobis tria jugera terrae.

15. XV... Commemoratio... Bonae, quae dedit nobis decem solidos in terram de la Sapie.

16. XIV... Commemoratio... Dominici, conversi, qui dedit nobis quadringentos solidos, pro quo tenemur in anniversario suo annuatim in vigiliis et in missa mentionem facere specialem, et Laïci quinquaginta Pater noster: ... et Ramundi, qui dedit nobis viginti solidos morlanorum, qui fuerunt missi in terra de Grasalop: et Domini Sanctii deus Caunetz et de Montesquivo, piae memoriae hujus Ecclesiae abbatis decimi, qui decessit sub anno Domini M°. CCC°. vij°.

17.

Fevrier.
N°. 8.
Necr. cas.

17. XIII. Kalendas Martii commemoratio ... Petri, ad Succurrendum, qui dedit huic domui duo jugera terrae ad Vadum Fremado ...... et Geraldae deu Broyl, quae dedit nobis medietatem casalis de Cortinis: .. et fratris arnaldi de Bosco, Prioris hujus Ecclesiae ... et Domni Petri de Cerrio, qui dedit nobis xxti. florenos pro uno obitu, pro quo tenemur facere specialem memoriam in vigiliis et in missa, et mediam commendationem in conventu, cum pulsatione campanarum: et est sepultus in presenti Monasterio.

18. XII. .. Commemoratio ... Vitalis Foresterii, qui dedit nobis quatuor jugera terrae à la Gardere à Serres: et fratris Bertrandi de montesquivo, — Sacerdotis et Subprioris hujus Ecclesiae, Rectorisque de Tabauxio.

19. XI. . Commemoratio Amanevi, archiepiscopi ... et odonis de Rivera, ad Succurrendum, qui dedit huic domui ducentos solidos in terra de Cantarou... et Guillelmi, abbatis Retortae. Riviere

~~[illegible]~~ Le Moine Herman... Arctiorem et districtiorem in ejus monasteriis videamus esse conversationem feminarum, quàm virorum... mox ut conversæ fuerint, deinceps lex manet semper intrà domûs ambitum clausas retineri, nusquam ulteriùs progredi, nulli viro, non modò extraneo, sed nec germano aut propinquo, loqui, nisi ad fenestram in Ecclesia, duobus viris convestis cum viro exteriùs, et duabus feminis cum illa interiùs residentibus, et quidquid dicitur audientibus.

~~[illegible]~~ Canon du Concile d'Agde Nº. 15.

~~[illegible]~~... Monasteria Puellarum longiùs à Monasteriis Monacorum, aut propter insidias Diaboli, aut propter oblocutiones hominum collocentur.

& conseil de Saint ~~[illegible]~~ Augustin pour eloigner les Monasteres des deux sexes les uns des autres. Nº. 16.

~~[illegible]~~... Vita etiam Feminarum Deo sollicité Castéque servientium, quæ habitaculis segregatæ ac remotæ à Viris, quàm longissimé decet, piâ tantùm illis caritate junguntur et imitatione virtutis, ad quas juvenum nullus accessus est, neque ipsorum, quamvis gravissimorum et probatissimorum Senum, nisi ad vestibulum usque necessaria prebendi, quibus indigent, gratiâ. Lanificio namque

namque corpus exercent atque sustentant, vestes que ipsas fratibus tradunt, ab iis invicem quod victui opus est, resumentes. hos mores, hanc vitam, hoc institutum, si laudare velim, neque dignè valeo. Nº. ~~9~~ 16.

~~[illegible]~~ Decret de Conrard, Prevot de Marchtall, pour abolir les Religieuses à cause de la Peinture qu'il fait de la malice du Sexe. 1273. Nº. 17.

~~[illegible]~~... Anno Verbi Incarnati 1273. Dominicâ in qua cantatur Judica me, Deus, Nos Prepositus de Marchtallo, cum universo Conventu Canonicorum nostrorum, attendentes quod Mulierum nequitia superet omnes nequitias, quæ sunt in mundo, et quod non est ira super iram mulieris, quod que venena aspidum et draconum sanabiliora sunt homini et mitiora, quam familiaritas mulierum, decrevimus pari consensu et communi consilio, saluti, tam animarum, quam corporum, ac etiam rerum providere, volentes in posterum, ut aliquam de cetero Sororem ad augmentum nostræ perditionis, nullatenùs recipiamus, sed quasi venenata animalia in perpetuum recipere devitemus. Ut autem hoc [illegible]atis robur obtineat inconcussum, ego Conradus, predictæ Ecclesiæ Prelatus, tradidi fidem meam sanioribus et Senioribus, nomine juramenti, ut infrà spatium quinquaginta annorum nullam Sororem recipiam, vel recipi patiar. Ceterorum verò Canonicorum juramenta recepi, ut nullus ipsorum aliquam Sororem recipiat infrà terminum quinquaginta annorum, vel recipi-

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N°. 17. patiatur. Post hunc terminum elapsum, -
quod Successoribus nostris placuerit, arbitrio
eorum relinquimus. consulimus autem
ut et ipsi Predecessorum vestigia ad commodum
et salutem eorum in iis insistentur. Utinam
fiat.

Casedieu. 1143. N° 18.

Confirmation de l'Abbaïe de la Casedieu par le Pape Celestin II. ... Celestinus, Episcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Bernardo, - Abbati Casæ dei, ejusque Fratribus, tam - presentibus, quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum. Desiderium quod ad Religionis propositum, et ad animarum - salutem pertinere monstratur, animo nos - decenti libenter concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Ea propter, - dilecti in Domino Filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, ut prefatum Locum, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati - Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus: Statuentes, ut quascumque possessiones, quæcumque bona in presenti juste et canonice possidetis, aut in futurum, concessione Pontificum, largitione - Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poteritis - adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, et illibata permaneant: in quibus hæc propriis exprimenda duximus vocabulis: Terram - d'Espirot, Terram de Bassalop, Vineam prope - Boez, cum decimis, et pascuis, et pertinentiis suis,

Terram

N°. 18. Casedieu. 1143.

Terram d'Espange, cum molendino, decimis, pascuis et appenditiis suis: in Bigorra, - Ecclesiam de Ripalta, alodium cum molendino, decimis, pascuis et pertinentiis suis: Terram del Falgar, cum decimis, pascuis et pertinentiis suis: Curiam de Pinu de Barx, cum decimis, pascuis et pertinentiis suis: Casale del artigel et curiam de la Rocave: Terram de Massecop, cum decimis, pascuis et pertinentiis suis: Terram de olivo, - cum medietate Ecclesiæ: Terram de Beupoy, cum decimis, pascuis et pertinentiis suis: Molendinum de Sancto Johanne Potye: molendinum de - Arriano: in Marciano, Locum quem dedit - Petrus, Comes Bigorritanus, Castella gaufers - Sasat, cum molendinis, decimis, pascuis et - appenditiis suis: in Episcopatu Conseranensi, vallem longam, et totam terram quam dedit Episcopus B. ad Fabaria, cum decimis, pascuis et pertinentiis suis. Prohibemus quoque ut nullus Fratrum post factam ibidem professionem absque abbatis, totiusque Congregationis - permissione liceat de ab eodem claustro discedere: discedentes vero absque convenienti litterarum Causatione, nullus audeat retinere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat predictum Locum temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu - quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integre

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N°. 18. Caledieu. 1143.

Conserventur, eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salvâ Diocesani Episcopi canonicâ justitiâ, et apostolicæ sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, secularis ve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contrà eam venire temptaverit, secundò, tertiò ve, commonita, si non satisfactione congruâ emendaverit, potestate, honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et à sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem Loco jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenùs fructus actionis percipiant, et post districtum Judicium premia eternæ pacis inveniant. Amen. Datum Laterani per manum Geraldi, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbiteri Cardinalis ac Bibliothecarii, V°. Kalendas Aprilis, Indictione vj.ª Incarnationis Dominicæ anno m°. c°. xliij°. Pontificatûs verò Domini Celestini Papæ Secundi, anno Primo.

N°. 19. Fondation de l'Abbaïe de la Capelle 1143.

.... In nomine Sanctæ et individuæ Trinitatis, Ego Bernardus Jordanus de Insula, et filii mei Jordanus et Bernardus Jordani, pro mea nostrorumque salute, donamus Deo et Bernardo, abbati

Abbati Casæ Dei, in loco qui dicitur Capella, totum quod ad nostrum jus pertinebat, à Rivo usque ad extremum Garumnæ liberum ab omni censu, vel exactione in perpetuum. quod ut ratum permaneat, scriptum hoc fecimus, quod testium subscriptione roborari curavimus, scilicet Guillelmi, abbatis Gratiæ Dei, et Guillelmi, Capellani Sancti Martini de Insula, Gerardi de Sancto Germario, et Bertrandi de Falgas, et Bernardi de Mervilla, aliique plures, tam clerici, quam Laici. .... actum apud Insulam, anno Incarnationis Verbi m°. c°. xliij°. Hugo, Monasteriologia Præmonstratensis.

La Capelle. 1143. N°. 19.

Extrait de Mr. Hugo, sur ladite fondation en 1143 ... Fundationis tabulas (Capellæ) excepit anno 1143. Bernardus, abbas Casæ Dei, qui subductam è suo monasterio Religiosorum turmam implantavit in Capella. ----- Abbatem et Religiosos ad fundatum Capellæ Cenobium propè Granatam transmisit anno 1154.

N°. 20.

Confirmation de la fondation de la Capelle par Jordain de l'Ile. 1171. N°. 21.

... In nomine Patris et Filii, et Spiritus Sancti. Ego Jordanus de Insula, filius Bernardi Jordani, pro me et pro filiis ac filiabus natis ac nascituris, pro remissione peccatorum meorum, et pro animabus parentum meorum, et filiorum Odonis, et Jordanis, et Odonis, dono et concedo et confirmo Deo et Beatæ Mariæ, et Guillelmo, abbati Capellæ, et successoribus ejus, et fratribus ibidem Deo servientibus, presentibus et futuris, totam terram meam de Forcleux cultam et incultam, sicut meliùs habeo, vel aliquâ ratione,

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

La capelle.
1171.
N°. 21.

Successione, vel acquisitione habere debeo. Praebeo etiam, tibi, Guillelme, abbas Capellae, et Conventui Sanctae Mariae Capellae, presenti et futuro, pro amore Dei, quidquid juris habeo vel habere debeo in terris de Gala cultis et incultis. Tribuo etiam vobis quidquid possideo vel possidere debeo jure meo in terris de ~~Gala cultis et incultis~~ Mairas. absolvo etiam parentibus meis, tenatoribus et hominibus meis, quidquid donare voluerint de rebus vel terris suis, ad sustentationem vestram, et vobis fratribus Capellae, dono potestatem accipiendi vel acquirendi ab eis quidquid canonicè poteritis. Super autem concedo vobis et familiae vestrae, pecoribus, jumentis et agnelis vestris padogntiam liberam, sive expletam ab omni censu et exactione liberam in perpetuum, Herbarum videlicet, aquarum, et vinearum per totam terram nostram consistentium: Et Guillelmus, abbas Capellae, ex autoritate Dei et totius ordinis nostri, pro me et cunctis abbatibus meis, concedo tibi, Jordane de Insula, et filiis tuis, voluntariam participationem cunctorum beneficiorum, quae in nostro ordine Premonstratensi sine intermissione fiunt, missarum, eleemosinarum, jejuniorum, psalmorum, himnorum, aliorumque bonorum, quae ibi privatim et publicè frequentantur. annus millesimus centesimus sexagesimus tertius, Ludovicus regebat Franciam, et Raymundus Tolosanus, et Bernardus Episcopalem cathedram possidebat. Eodem pacto Ego Jordanus de Insula dono et concedo, pro me et pro toto meo ordine, Beatae Mariae et Bernardo, abbati Capellae, et

La Capelle.
1171.
N°. 21.

et Successoribus ejus, et omnibus Fratribus ibidem Deo servientibus, omnia dona suprà dicta prout melius possum, et prohibeo omnibus filiis meis, et toti meae generationi, ne aliquam molestiam de donis supradictis supradicto abbati, vel fratribus ejus, ingerant: et Ego Guillelmus, abbas Capellae, ô Jordane de Insula, concedo tibi, et omnibus filiis tuis et filiabus, ex Dei authoritate et totius ordinis nostri, pro me et pro cunctis abbatibus nostris, voluntariam participationem cunctorum beneficiorum, quae in omni ordine privatim et publicè frequentantur, et quod Jordanus de Insula supradicta dona sicut melius potuit donavit Bernardo supradicto, sunt Testes frater Guillelmus, qui tunc erat Prior domûs Capellae, et frater Fortanerius de Gavou, et Guillelmus de la Motta, et arnaldus de Gargas. Hujus concessionis charta fuit facta sextâ mensis maii, Dominicâ, Lunâ vigesimâ quartâ, Ludovico, Rege Francorum, Raymundo, Comite Tolosano, Episcopo nullo, anno m°. c°. lxxj°. ab Incarnatione Domini.

La Capelle.
1247.
N°. 22.

Donation à la capelle par. Raimond, Evêque de Toulouse .... In nomine Domini nostri Jesu-christi. Amen. Noverint universi presentes ac posteri quibus presens pagina innotuerit, quod nos Fulco, Dei gratiâ Tolosanae Sedis Episcopus, per nos et successores nostros, damus et concedimus in perpetuum Domino Deo et Beatae Mariae Virgini, vobis Joanni, abbati Domûs Capellae, et omnibus successoribus vestris,

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

La capelle. 1247. N°. 22.

et universis ejusdem domûs Fratribus presentibus et futuris, omnia jura ad nos spectantia in omnibus decimis et primitiis, et Ecclesiasticis possessionibus Ecclesiæ Mairanis, quæ sita est inter Grangiam de Villari, quæ est domûs Capellæ, et Castrum Jordanis-Bernardi de Insula, quod dicitur mons acutus; et omnia jura ad nos spectantia in omnibus decimis et primitiis, et Ecclesiasticis possessionibus Ecclesiæ Sancti Joannis de Rustiniaco, quæ sita est inter Castrum de Mervilla et Voltam; et omnia jura ad nos spectantia in duabus partibus decimarum Ecclesiæ de Mervilla. Item laudamus et approbamus, et in perpetuum confirmamus vobis Joanni, abbati, et successoribus vestris, et universis ejusdem domûs Capellæ Fratribus, presentibus et futuris, omnes acquisitiones quas à Laïcis, tam viris, quam mulieribus, fecistis de duabus partibus decimarum Ecclesiæ de Mervilla, et de omnibus primitiis Ecclesiarum de Mairanis et Sti. Joannis de Rustiniaco, videlicet à Domina ursa, et filia ejus assaus, et fratre ejus Vitale de montegalhardo, et à Bernardo Anerio, et filio suo Guillelmo de Bello visu, et à Bernardo Navario, et fratre ejus arnaldo, et à Poncia de Saxiis, et filiis ejus Petro Garzia et Bernardo Garzia et à Petro ardoino, sicut instrumenta, quæ nobis ostendistis, quæ scripsere publici Tolosæ Notarii, sicut ex ipsorum tenore perpendimus, acquisitiones indè planiùs continentes, quorum scripsit andreas unum, et Radulphus duo, et arnaldus Barranus unum, et arnaldus Petrus unum, et Poncius Helias unum. Retinemus tamen et volumus, ut in memoriam dicti doni nobis et successoribus nostris tres libras piperis

pro

La capelle. 1247. N°.

pro censu annis singulis in festo nativitatis Domini persolvatis: et si parochiani venerint causâ mansionis ad aliquam predictarum Ecclesiarum, ut ad omnes faciatis tunc ibi in honorem Dei divina officia celebrari. In testimonium etiam hujus doni, et ut presens donatio robur habeat perpetuæ firmitatis, presentem paginam sigillo nostro fecimus Confirmari.

Predictus autem Dominus Raymundus, Episcopus Tolosanus, constitutus in generali Capitulo Ecclesiæ Tolosanæ Festivitatis omnium Sanctorum, de assensu et voluntate Raymundi, Prepositi, et totius predicti Capituli, scilicet Vitalis aurioli, Prioris, et Magistri arnaldi Pelissoni, et Francisci, Archidiaconi Gimansis, et Martini, Prioris Lumbariensis, et Raymundi Resplandii, archidiaconi Lelatensis, et Bernardi Mascaroni, Archidiaconi Savensis, et Raimundi Fabri, Prioris Murelli, et Petri Despaor, Prioris de Noerio, et Raimundi Carvagerii, Sacristæ, et Bernardi Britonis, Infirmarii, Magistri Bernardi, archidiaconi Veteris Moresii, et Ulmi, Bernardi, Cellarii, et Guillelmi attonis, archidiaconi Villæ longæ, et Bertrandi de Falgario, Prioris de Unsenco, et arnaldi Mascaronii, et Guillelmi de Tolosa, Operarii, et Guillelmi Vaceri, Prioris de Vaucella, et Poncii de Tolosa, Prioris de arrigaco, et arnaldi onis, et arnaldi Garini, pro se et suis successoribus, confirmavit, concessit, laudavit et approbavit donationem seu collationem predictarum Ecclesiarum et decimarum, quam prefatus Dominus Fulco fecerat abbati et fratribus domûs

La capelle. 1247. N°. 22.

Capellæ, prout in ipsis predictis Litteris plenius continetur, et ex mera liberalitate pro amore Dei, quia predictum monasterium Capellæ, ordinis Premonstratensis, situm in Diocesi Tolosana, pauper est, et exiguos habet redditus, prefatus Dominus Raymundus, Episcopus Tholosanus, pro se et Successoribus suis, Domino fratri Ioanni, Dei gratiâ Abbati monasterii Capellæ, et omnibus successoribus suis, et universis ejusdem Domûs fratribus presentibus et futuris, predictas tres Ecclesias, inter quas est Ecclesia de Merilla, et etiam Ecclesia de la Bouta, sita juxtà Ecclesias supradictas, cum omnibus decimis et primitiis, possessionibus et redditibus et juribus universis pertinentibus vel pertinere debentibus aliquo modo ad Ecclesias supradictas, vel ad aliquam supradictarum Ecclesiarum. Retinuit tamen prefatus Dominus Episcopus, quod abbas Capellæ, qui pro tempore fuerit, presentet Domino Episcopo Tolosano, et suis Successoribus, Capellanum ad curam animarum tenendam in Ecclesiis supradictis. Retinuit etiam dictus Dominus Episcopus in predictis Ecclesiis procurationes suas archidiaconorum et archipresbiterorum, et Cathedraticum, ac alia jura Episcopalia universa. Condictum etiam fuit inter partes et expressè concessum, et predictus Dominus abbas, pro se et successoribus suis, de consilio et assensu et voluntate conventûs dicti Loci, scilicet Fratris Vitalis de alto monte, Prioris, et fratris Raymundi Admerii,

La Capelle. 1247. N°. 22.

Admerii, Grangerio de Villario, et fratris arnaldi, Vestiarii, et fratris Bernardi de Leviniaco, Saristæ, qui ipsi et totus Conventus predicti monasterii, hoc laudaverunt, et concesserunt, concessit, promisit, mandavit, et se ex certa scientia obligavit in perpetuum, quod ipse et Successores sui, perpetuis temporibus venient ad Synodum bis in anno Tolosæ, et ibi audient et recipient precepta synodalia honesta et Canonica, et quantùm in ipsis fuerit, observent et adimpleant fideliter et devoté. Štereà suprà dictus Dominus abbas, de Consilio, et assensu et voluntate conventûs sui predicti, promisit, et obligavit se, et Successores suos, et predictum monasterium Capellæ, quod pro dono et collatione predictarum Ecclesiarum annis singulis in perpetuum in festo Sti. Thomæ, Apostoli, reddat et persolvat censum annualem predicto Domino Episcopo, et Successoribus suis, scilicet tres libras ceræ, et tres libras piperis. Item predictus Dominus Episcopus dedit et liberaliter contulit capitulo predictæ Ecclesiæ Tolosanæ in perpetuum de predictis sex libris ceræ et piperis, unam libram ceræ et aliam libram piperis. annis singulis solvendas in perpetuum Cellariis Capituli supradicti: et predictus Dominus abbas, pro se et successoribus suis, convenit, promisit et mandavit, quod ex predictis sex libris ceræ et piperis, persolvet dicto Domino Episcopo Tolosano, et ejus

BIBLIOTHÈQUE COMMUNALE DE TARBES. HTES PYRÉES

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

5. La capelle. 1247. N°. 22. Successoribus, annis singulis in predicto —
festo S^ti Thomæ in aula ejusdem Domini —
Episcopi Tolosæ, duas libras ceræ et duas —
libras piperis, et solvet cellariis capituli —
predictæ Ecclesiæ Tolosanæ in cellario in —
predicto festo S^ti Thomæ unam libram ceræ
et libram piperis annuatim. actum est hoc
septimâ die introitus mensis novembris, —
regnante Ludovico, Rege Francorum; Raimundo,
Tolosano Comite; Raymundo, Episcopo —
predicto, anno ab Incarnatione Domini m°.
cc°. xlvij°. hujus rei sunt testes Gaillardus,
Prior mansi sanctarum Puellarum, et Guillelmus
Barasau, Capellanus ejusdem loci, et Joannes
de Sancto Romano, qui cartam istam scripsit;
ad majorem autem predictorum omnium —
firmitatem, prefati Dominus Episcopus, —
Prepositus ac capitulum Ecclesiæ Tolosanæ,
et predictus Dominus abbas et conventus —
monasterii Capellæ, sigilla sua apposuerunt
huic publico instrumento per alphabetum
diviso. Extrait du Necrologe de la Capelle.

6. Caledieu N°. 23. ... Et memoriam ejus sic recolit Necrologium.
Pridie Idus |14.| octobris commemoratio
fratris Domni Bernardi, abbatis Casædei,
qui edificavit Cenobium, quod Capella —
dicitur, situm propè fluvium Garumnæ,
Diocesis Tholosanæ, propè Granatam, pro
quo tenemur facere plenarium officium.

Donation

Donation faite de l'Eglise de S^te. — Plaisance. 1133. N°. 24. à C.P. .. à S^t. P^é.
Quitere de Plaisance.... Raimundus de —
Sarraut dedit Fortoni de Vico, et sequentibus
suis, medietatem Ecclesiæ Beatæ Quiteriæ,
quæ appellatur à Riba alta, quam liberè —
possidebat, cum terra ubi possent facere —
molendinum. De altera verò medietate, quam
calumpniabantur Monachi S^ti. Petri Generesii,
proptereà quod habuerant inde monachum —
quendam, Oddonem scilicet, predicti Raimundi
avunculum, qui post extitit abbas eorum,
deinde Episcopus Ecclesiæ Olorensis, inter quæ
reddiderat fratri suo hujus Raimundi patre jam
transactis quinquaginta annis aut plus,
velut illam hereditario jure possidentes, facta
est in capitulo apud Generesim à Domino —
Guillelmo, Ecclesiæ Auxitanæ Metropolitano,
et Legato Romano, hujus controversiæ adeò
firma et indissolubilis pax, quod abbas, —
totusque conventus, quicquid in eo justè aut
injustè querebant, prefato Archiepiscopo —
unanimiter werpiverunt, Fortoni de Vico, —
suisque in perpetuum concesserunt.

Continebatur etiam in eodem folio antè —
dictum scriptum antiquum data millesima quæ
sequitur, videlicet xj. Kalendas exeunte viij. Luna
xxv. anno m°. C°. xxxiij°. Rege Francorum —

H. iij.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Ludovico, regnante filio ejus jam coronato.

La Retorte 1148. N°. 25. Fondation de la Retorte par la comtesse de Petriz .... Legimus, dit Mr. Hugo, ipsi factam anno 1148. à Comitissa Domna majore Petriz donationem totius hereditatis, quam habebat in Retorta, ut ibidem constitueretur abbas et Conventus secundùm consuetudinem ordinis Premonstratensis.

Fondation de Belpech par la comtesse d'Urgel. N°. 26. [illegible] .... On peut voir le necrologe de la Casedieu ci devant. Le vieux de la Retorte est en ces termes. VIII. Kalendas Januarii obiit Dompna Dulcis, Urgellensis Comitissa, quœ fundavit Abbatiam nostri ordinis, quœ dicitur Bellus Podius.

Traits particuliers de Ponce, Abbé de la Casedieu, raportés par Mr Hugo. N°. 27. ~~Ponce obtint un canonicat dans l'Eglise d'Auch~~ .... Poncius II. accepit à Petro, Ausciensi Episcopo, de consensu ejusdem Capituli, Canonicam dignitatem in Ecclesia Ausciensi, sicut et Ecclesiam Sti. Pauli ad Montes. --------

-- [illegible] ..... Chirographo suo munivit instrumentum obedientiœ, quam Dominicus, Sacri Montis seu Vitis abbas primus, Sanctio, Retortœ Abbati, tanquam Patri suo, morti proximus, tandem prestitit anno 1185.

N°. Privilege accordé à l'Abbaie de [illegible] .... In Nomine Domini nostri Jesu-christi. Notum sit cunctis et omnibus hœc

hœc audientibus, quod ego Gasto, Comes Vigorritanus et Vicecomes Bearnii, pro redemptione animœ meœ et totius generis mei et posteritatis meœ, confirmo ac concedo beatœ Mariœ, et Bernardo, abbati, et fratribus Casœdei presentibus et futuris, quicquid vobis predecessores mei Comites Bigorritani concesserunt et donaverunt, volens quod in toto Comitatu Bigorritano à dictis fratribus nullum tributum, nullus census seu letzia, à quocumque homine exigatur, sed ut liberam habeant terrœ adquisitionem in tota terra Bigorrœ. Concedo eidem Abbati, et prefatis fratribus, omnia supradicta. Quod si = aliquam terram, vel honorem dono, vel emptione, vel aliis justis modis, huc usque et à modo adquisiverint, confirmo et concedo in omni terra Bigorrœ ad me pertinente totum jus et dominium, et quod omnimodam eorum quœ = adquisiverint, habeant absolutionem. Et dono preterea et concedo eisdem Fratribus, ut ipsi, et eorum homines, et animalia eorum, per totam terram usum habeant herbarum, aquarum et nemorum, cum omni securitate et quiete, sine omni exactione et usatico, anno Incarnationis Domini 1195. regnante Philippo. Excipit autem à predicta concessione jus militum et hominum meorum, quod habent in pascuis et terris suis, et, nisi ex eorum voluntate, prenominati fratres eorum jura

1195. N°. 28. de la Casedieu par le Comte de Bigorre, Vicomte de Bearn.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

1195. N°. 28. Casedieu. non usurpent. Hujus rei testes sunt Dompnus
Arnaldus-Guillermus, Episcopus: Arnaldus —
Guillermi de la Barta: Sancius-Anerii de —
Gergerest: Fortanerius de Laveda: Austor de
peguillan Pegula: Pey de Gavarret: Odo de Anglis, Donzel
de Morlano: frater Poncius, Vestiarius: frater —
Pujerali: frater Garsias — de Luqued: frater —
Ramundus de Grangia: frater Petrus Armentarius,
et multi alii. Hoc factum est in Civitate Tarbiæ —
in Curia, Petrus de Ripperia scripsit. Ad majorem
autem supradictorum omnium confirmationem
ego Gasto, Comes Vigorritanus et Vicecomes Bearnii,
1227. 1384. et 1474. Behaun. N°. 29. mei sigilli impressione omnia confirmo.

confirmation du Prieuré de Behaun....; Jo Johan,
„Senhor de Lux, à toz los fideus chrestiaâs qui
„la present carte de privilegi veyran e legir —
„audiran, que vengo e se presenta par dabant my
„Senhor de Lux, lo venerable e devot religios
„Fray Peés de Beyrie, abbat deu monastere
„e abadie de la Fonce, fondat e situat en la
„Terra de Labour en la Diocese de Bayonne, —
„aportant en sa maâ la copie deu Privilegi ô
„donatioô per lo molt noble mossen Peês-Arnaut,
„autre temps Senhor de Lux qui fo, conces e —
„autreiar à l'abat e frays deudiet Monaster de
„la Fonce, qui labetz eren, e los successors, à —
„cause deu Loq apperat Behaun en la Terra de
„l'Ostabat e en lo Reaume de Navarra e Diocese —
„d'Aqx, jus la datte en la Gleyse de Mossen sen Peês
„de

„de Behaun 1227. laqual copie es collationade Behaun.
„e concertade ab son propi original per meste — 1227. 1384.
„Peês de Pagandure, notari de Bayonna, au 1474.
„pê signada de son segnet manual jus la datte N°. 29.
„à 31. mes de Iulh anno Domini 1384. la tenor de
„laquoau copie es contiente en la sequente forme.

Universis Fidelibus, quibus chartam presentem
videre contigerit, Petrus-Arnaldi, Dominus de Luxa,
in Domino salutem. Cum secundum Apostolum
operandum sit bonum ad omnes, maximè ad
Domesticos fidei, notum esse volo, tam presentibus,
quam futuris, quod ego intuitu pietatis ductus,
pro salute, tam animæ meæ, quam parentum,
et predecessorum, et successorum meorum, —
Locum, qui dicitur Behaun, cum omnibus —
dependentiis suis, sicut eum tenuit Pater meus,
et ego post ipsum, de assensu et voluntate —
Reverendi Patris Domini Galhardi, venerabilis
Aquensis Episcopi, et consanguinei mei Amanevi,
de Mixa, archidiaconi et etiam —
Ecclesiæ Aquensis, devotâ ac liberali largitione
Domino Nicolao, abbati et Fratribus Fontiæ,
Premonstratensis ordinis, contuli in perpetuam
helemosinam perpetuis temporibus pacificè
et liberè possidendum: de duabus autem —
partibus quas habebam in Verato, dedi unam
abbati et Fratribus memoratis ab ipsis tenendam,
eo modo quo ego possideo meam partem. —
Concessi preterea dictis abbati et Fratribus —
padoentiam per terram meam et dominium
meum in pascuis, herbis, eremis, aquis, et nemoribus,

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

~~[struck]~~
Behaun.
1227. 1384.
1474.
N°. 29.

et per Sacramentum à me corporaliter
prestitum, renunciavi omni juri quod habebam
in dicto Loco de Behaun et appenditiis suis,
sub eodem Sacramento promittens, quod
memoratum Locum et Fratres ibidem existentes,
sicut domum propriam de Luxa, bonâ fide et
sine dolo deffendam et manutenebo. Ista
helemosina et donatio facta fuit apud
Behaun in Ecclesia Sti Petri per ramum et
cespitem, in presentia quam plurimorum
clericorum et Laïcorum, et etiam Fratrum
et Sororum ibidem degentium, qui omnes
sine contradictione aliqua promiserunt
obedientiam in manu abbatis Fontiae
supradicti, qui abbas ob hoc dictos Fratres et
Sorores de Behaun ad obedientiam recepit;
quia nullius ordinis erant, nec ibidem
vestigium aliquod Religionis cujuspiam invenit.
Ibidem etiam in presentia omnium super
Evangelium et Crucem super donationem
et helemosinam per me factam manu
propriâ juravi, quod de cetero non
reclamarem, aut Fratribus molestiam,
vel gravamen inferri, vel molestari
permitterem, atque omnia perpetuò,
firmiter et irrefragabiliter observanda
mecum et locum in eo obligo omnes illos
qui mihi succedent in hereditate paterna.
Nec omittendum puto quod isti meae
donationi inter alios probos homines interfuit
Dominus Amanevus, archipresbiter ejusdem
Episcopi,

~~[struck]~~
1227. 1384.
1474.
N°. 29.

Episcopi, Petrus de Grammont, Prior d'Uxiat,
qui auctoritate Pontificiâ excommunicavit
omnes illos qui de cetero reclamabunt, vel se
opponent donationi et helemosinae coram et
tantis personis à me tam solempniter factae.
Verum quia generatio preterit, et mortalium
labilis memoria nescitur esse, ne de hac ipsa
mea largitione subrepens oblivio fomitem
posteris seminarium subministret, sicut à me
solempniter est acta, in scripto redactam sigilli
mei caractere roboravi, testibus subnotatis,
qui presentes fuerunt. Signum Nicolai, abbatis;
et Bernardi de Luxia, Prioris; et Vicarii de
Sancto Johanne, Provisoris de Fontia, et Lupi
Vergoni, Monachi de Sordua, Subdiaconi; et
Petri de Gramont, Prioris d'Uxiat, archipresbiteri
Episcopi: et Bernardi de Luxia, Patrui mei: et
Bernardi d'aguerre: et Constantini d'Ostibaus:
et Petri-arnaldi Vasconis: et arnaldi Ramonet,
Donatorum, et aliorum quam plurimorum.
Actum anno Incarnationis 1227. ~~[struck]~~

Dans la suite de l'acte de confirmation
le Lieu de Behaun n'est plus apelé que
Grange, selon l'usage de l'ordre de Premontré.
Jean de Lux donne la moitié du bedat de
Behaun, le droit de Padoence dans la terre
de Lostabat, tant à Pierre Beyrie, abbé moderne
de la Honce, Religieux de l'abbaïe, qu'~~aux~~ Granges, Freres
et Sœurs de Behaun, presens et avenir,
en met l'abbé en possession ;; per tenor de la
present carte de donatioô, e per liurament de

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

1227. 1384. 1474. Behaun. N°. 29.

„terre e de fust, herbes verdes e seques de ma
„maâ dextre à la vostre maâ dextre en segnau
„de possessioô, o atau forme e conditioô, que
„losdits abbat, Frays, Granger, Donats e Donades
„de Behaun per lodit conbent elegits e pausats,
puissent jouir desdites choses. elle fut faite dans l'Eglise de St. Paul de la ville de Seni Palais, le 9e. août 1474.

Pierre-Arnaud de Luxe traita dans l'acte de Donation Amanjeu de Mixa, archidiacre de Dax, de son parent, parceque, comme le raporte Marca dans le chapitre 15. du Livre 5e. de l'histoire de Bearn, que Brasc-Garsie de Luxe, étoit en 1106. étoit un des principaux Seigneurs de Mixe, et qu'Arnaud-Lup de Luxe avoit la meme en 1269. Le Cartulaire de Sorde fait beaucoup de mention des Seigneurs de la maison de Luxe. L'archiacre de Dax eut de grands debats avec les Vicomtes de Dax par raport aux droits de la Seigneurie de Mixe. Le de Bearn, profita de leur division, et s'empara du Vicomté de Dax et de la terre de Mixe.

Titre de la cure de Plaisance. 1224. N°. 30.

..... IX. Kalendas Septembris anno 1226. defunctus. Presentavit anno 1224. Petrum de Serra, suum Canonicum, Arnaldo-Guillelmi de Birano, Episcopo Tarbiensi, instituendum Pastorem Sanctae Quiteriae de Alta Ripa. Je ne sais d'où Mr. Hugo a puisé ce fait, à moins qu'on ne lui ait

1224. Plaisance. N°. 30.

ait envoyé le titre presendu qui suit. A. Dei gratiâ Episcopus Tarviensis, universis Litteras has inspecturis, Salutem in Domino. Noveritis, quod nos damus et concedimus ad presentationem Religiosi Fratris Ramundi-Guillelmi, abbatis Casaedei, fratri Petro de Serra, Canonico dicti monasterii Casaedei, Ecclesiam beatae Quiteriae de Ripa alta, in Archidiaconatu Ripperiae, liberam ac vacantem cum juribus et pertinentiis suis, dum vixerit, Canonicè possidendam, et ipsum presentatum instituimus in Ecclesia predicta, pro qua ipse reverentiam et obedientiam promisit nobis et Ecclesiae Tarviensi. Et in testimonium omnium premissorum presentem Litteram Sigilli nostri impressione fecimus roborari. Datum et actum apud Labatut in Ripperia, feriâ quartâ in festo Beati Ambrosii, Confessoris, anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo quarto.

Je n'ai vû ce titre que dans le Procez

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

1224. ~~1224.~~ Plaisance. N°. 30. avec Guillaume Hunaud, Eveque de Tarbe, en 1324. cequi me surprend est que dans le corps du Procez le Greffier ait rendu le mot signifié par la lettre A. par amanevus. il est certain qu'aucun Evêque de Tarbe n'a porté ce nom, et que depuis 1176. jusqu'en 1222. les Prelats qui gouvernerent cette Eglise etoient arnaud-Guillem d'oson ou arnaud-Guillem de Biran.

d'ailleurs, si ce titre avoit existé, quelle raison auroit empeché l'abbé de la Casedieu de le produire contre Hugues de Pardeillan, Eveque de Tarbe, en 1237? il auroit convaincu le Prelat du tort qu'il avoit de disputer le Patronat de l'Eglise de St. quitere. le silence qu'on garda alors sur cette collation, l'usage qu'on en fit cent ans apres, me donnent sujet de douter que jamais aucun Eveque de Tarbe l'ait accordé.

Si l'on examine encore que la ferie quatrieme ou mecredi ne tomboit pas en 1224. le jour de la fête de St. ambroise, ni dans le mois de mai, ni dans celui de decembre, je ne crois pas qu'on ne connoisse evidemment la suposition du titre pretendu accordé à Pierre de la Sarre.

~~Page~~ 42. Ancien.

~~Page 42. de l'Inventaire dans~~

1400. ou 1401. ou environ. Casedieu. N°. 31.

Ancien Inventaire de la Casedieu dressé vers 1400.

Sequuntur instrumenta compositionum, compromissiorum sive Transactionum, et aliorum diversorum Tractatuum.

1311. Deveze. I. Compromissum factum per monasterium, ex una parte, et Fortium de Devesia et Galhardam, ejus uxorem, ex parte alterâ, pariagii cujusdam molendini vocati de Damies, et terrœ ejus, in quo est situatum et ejus pertinentiis: demùm amicis communibus intervenientibus super questione quœ inter eos erat, fuit pronunciatum et declaratum, prout in ipso compromisso plenius continetur, et plura alia dicti compromissarii pronunciaverunt et ordinaverunt, quœ omnia liquidum est videre in predicto compromisso; de quibus omnibus recepit instrumentum magister Pelegrinus de Pereriis, notarius Marciaci, anno Domini m°. ccc°. xj°. die xj^a. mensis Junii.

2. Compositio facta inter monasterium, 1342.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

1342. N°. 31. Casedieu. ex una parte, et Senescallum Tholosæ nomine Regio, ex parte altera, super quibusdam fore factis impositis abbati et conventui casæ Dei, de quibus, &c. ---- instrumentum per magistrum Stephanum de Tilheto, notarium Regium, anno — Domini mº. cccº. xlijº die 8ª. novembris.

1304. 3. Compromissum.. inter .... et Leprosos de Marciaco, ex parte altera, super debato quod inter dictas partes erat pro quibusdam terris sitis in territorio marciaci, loco dicto — Domus Leprosorum ... Recepit instrumentum magister Johannes de Suncarolio, Notarius de Sancto Suplicio, anno Domini mº. cccº. iiijº. in festo beati Nicholai.

1285. 4. Pronunciatio .. inter ... et magistrum Bernardum Desparros, ex parte altera, super questionibus et controversiis, quae inter dictas partes vertebantur super quibusdam terris et possessionibus domini de Sorduno et de Julhaco .... recepit instrumentum magister Guillelmus dela molera, Notarius Vici-fezenciaci, anno Domini mº. ccº. lxxxvº.

1261. 5. Compromissum ... inter ... et Bertrandum de Samasano, ex parte altera, super debato cujusdam terræ sitæ juxta bordam — d'ardenac, et de omnibus juribus et pertinentiis suis ... et ad majorem omnium premissorum firmitatem sigillum Domini Comitis Pardiaci fuit ibidem appositum in pendenti, anno Domini mº ccº. lxjº.

6. Compromissum .. inter .. et Dominum Comitem Pardiaci, ex parte altera, super questione seu controversia, quae inter dictas partes vertebantur occasione pariatgii marciaci, vel quibuscumque aliis de causis. demum compromissarii .. pronunciaverunt ut Dominus comes Pardiaci ratificaret et confirmaret pariatgium de — Marciaco, et omnia alia quae facta — seu concessa fuerant monasterio per Predecessores suos .... Recepit instrumentum magister Petrus de Sancto Andrea, — notarius Tholosæ, anno Domini mº. — cccº. iiijº. die iiij. introitus novembris. 1304. Casedieu N°. 31.

7. Compromissum ... et Priorem — monasterii Sancti Petri de Generesio, ordinis Sti Benedicti, ex parte altera, super limitationibus decimarii territorii de Lanis de loco vocato furgui de — Naguathard .. recepit instrumentum magister Gualhardus de Spodio, notarius Tholosæ; A.D. mº cccº. xviijº. die xxª. mensis Januarii. 1318. S.P.

8. Compromissum ... et Dominum Comitem Pardiaci, ex parte altera, super controversia pariatgii de marciaco .. Recepit instrumentum magister Stephanus Termii, notarius Tholosæ, A.D. mº. cccº. primo. 1301.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

1285. Casedieu. N° 31. 9. Compromissum ... et dominos Ramundum et Bertrandum Desparros, super padoenciam et super possessione ac feuda quorumdam casalium situatorum in Territoriis de Julhaco et de Torduno ... R. I. Mr. Guilhermus de la molera, notarius vici, A. D. m°. cc°. lxxxv°.

1308. 10. compromissum ... et Dominos de Torduno et de Julhaco .. super limitationibus dictorum locorum ... R. I. Mr. Pelegrinus de Piru, Notarius, A. D. m°. ccc°. viij°.

1278. 11. Compromissum ... et Geraldum de marrenchis, ut tutorem Petri de Marrenchis, super controversia et questione territorii vocati de Rogos ultra Guironam ... R. I. Mr. Guillelmus dela molera, notarius, A. D. m°. cc°. lxxviij°. ~~Lisez~~ Bogos

1284. 12. Compromissum ... et Gm. et Bm de Besotha, fratres Domicellos ... super questione seu controversia territoriorum de Bello monte, de Boogocio, de la Tremoleda, aliàs de crespas ... R. I. Mr. Guillelmus de la molera, notarius vici, A. D. m°. cc°. lxxxiiij°. die ij°. introitûs mensis aprilis.

1293. 13. compromissum ... et homines atque habitatores ac vicinos castri Sancti Pauli, super questionibus et controversiis quas habebant

habebant dicti homines in territorio de Levinhaco, tam super proprietate, quam et super possessione earumdem ... R. I. Mr. Guillelmus dela molera, notarius Vici-fesenciaci, A. D. m°. cc°. xiij°. 1293. Casedieu.

14. Compromissum ... et Dominum Bartolomeum de Calhaveto, militem ... de quodam casali vocato deu Bararan et juribus ac pertinentiis ejusdem ... R. I. Mr. Guillelmus dela molera, notarius, A. D. m°. ccc°. lxxx°. die jx°. introitûs marcii. 1280.

15. Compromissum ... et Dominum Garssionem de ferraboc, Dominum de Plenfod, ... de affariis de Birarer et de Tremolhed, ac jurium et pertinentium eorumdem ... R. I. Mr. Guillelmus de la molera, notarius, A. D. m°. cc°. lxxviij°. 1278.

16. compromissum ... et Dominum Gentilem et othonem de montesquivo, fratres ... de quibusdam casalibus, terris, juribus et possessionibus eorumdem ... R. I. M. Vitalis de Ponsano, Notarius de Petrucia, A. D. m°. ccc°. xxjx°. die xvij introitûs mensis Ianuarii. 1329.

17. Compromissum ... et Ramundum Bernardi de las Gelas super questione quorumdam casalium deu Branied, deu Bonau et de las Bordas ... R. I. Mr. Guillelmus 1275.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

1275. dela molera, notarius Vici fezenciaci, A.D. m°. cc°. lxxv°. die xv°. introitus mensis marcii.

1291. 18. Compromissum et pronunciatio ... et nobilem virum Dominum arnaldum Guillelmi de Montelazuno, et Dominam Guiraldam de Birano, ejus uxorem, super questionibus ~~terrarum~~, proprietatum, possessionum, Jurium et rerum aliarum, quae sunt inter Rivum de Lespiau, ex una parte, et terras monasterii Broliì, ex altera: et inter flumen Baysiae, ex alia, et inter caminum publicum per quod itur de montesquivo per serram Peyra Lenioniae vocatam versus Condomium, ex altera ... R.I.M^r. Guillelmus de molera, notarius Vici fezenciaci, A.D. m°. cc°. xcj°. die xiiij^a. mensis Januarii.

1296. 19. Compromissum ... et Dominum fortanerium Lupati, .. super questione cujusdam Rochae, quae est super molendinum vocatum S^t. Johannis Pogge ... R.I.M^r. Guillelmus dela molera ... A.D. m°. cc°. xcvj. prima die marcii.

Lupé

1324. 20. Compromissum ... et dominum Episcopum Tarviensem ... super facto decimae de Dalentia, et pluribus aliis questionibus ... R.I.M^r. Guillelmus Sicardi, notarius comitatus Pardiaci, A.D. m°. ccc°. xxiiij°.

xxiiij°. die xxj^a. mensis Julii. 1324.

21. Instrumentum qualiter monasterium fuit positum in possessione per nobilem virum Dominum arnaldum Guillelmi de Montelugduno, filium Domini Comitis Pardiaci, ex concessione sibi facta per Judicem Domini comitis Pardiaci, territorii seu affarii dela Sappie, et pertinentiarum ejusdem ... R.I.M^r. arnaldus Guillelmi dela fita, publicum Pardiaci notarium, A.D. m°. cc°. xcj°. 1291.

22. Confirmatio ... per Dominum Comitem Pardiaci de omnibus libertatibus, emptionibus, venditionibus, concessionibus, permutationibus, cessionibus et impignorationibus factis monasterio casae Dei per quascumque personas sui comitatus quocumque titulo vel modo ... R.I.M^r. Sancius de Roca, A.D. m°. cc°. lxxv°. 1275.

23. Donatio ... per Guillelmum Bernardum de Leguiano, militem, et ejus uxorem, et suos infrascriptos, scilicet Castellarium seu villarium de Caumonte, et Castellarium seu villarium de Sent Sori, et Castellarium seu villarium de Bergonhano, et de illis sex denariis censualibus, quos dictum monasterium facere consuevit de villario dela Sapia ... R.I.M^r. Bernardus de ~~la~~ Gorga, notarius publicus mati borgueti, A.D. m°. cc°. lxxjx. 1279.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

1285. 24. Donatio ... per Sancium de Bienant, habitatorem de Julhaco, de omnibus juribus quae habebat vel habere poterat in affario seu territorio de la Sapia ... R. I. M^r. arnaldus Guillelmi, notarius, A. D. m°. cc°. lxxxv°.

1279. 25. Donatio ... per. la meme qu'au n°. 23.

1280. 26. Confirmatio ... per Dominam Catherinam de Leguiano, filiam Domini Bernardi de Leguiano, de omnibus et singulis donationibus, venditionibus, restitutionibus, quitationibus, absolutionibus, permutationibus, et impignorationibus quibuscumque concessis et factis monasterio casae Dei per omnes parentes et predecessores suos. ... R. I. M^r. Poncius de Sirano, notarius Vici ferenciaci, A. D. m°. cc°. lxxx°.

1309. 27. Concessio edifficationis molendini de Barx ... per Dominum comitem Pardiaci ... R. I. M. arnaldus-Guillelmi de fita, notarius montis Lugduni, sub anno domini m°. ccc°. jx°.

1285. 28. Divisio seu limitatio quorumdam territoriorum ... inter monasterium, ex una parte, et Raimundum d'Esparros ... R. I. M^r. Guillelmus de molera, notarius Vici-ferenciaci, A. D. m°. cc°. lxxxv. die j. exitus mensis Junii.

29.

29. Donatio ... per arnaudum de Beo de quodam casale vocatum deus Caraus in affario de Gayano, cum omnibus juribus et pertinentiis suis ... R. I. M^r. Jacobus Parisiensis, notarius Belli-marchesii, A. D. m°. cc°. xcij°. 1292. Beon

30. Quitatio seu absolutio ... per Petrum Cristianum, et ejus uxorem arnaldi Guillelmi cristiani quondam de Montelugduno, de omnibus et singulis dampnis datis seu illatis per molendinum dicti monasterii situm in territorio de Barx supra aquam vocatam lo Boes ... R. I. M^r. Vitalis de vineis, notarius Marciaci, A. D. m°. ccc°. xx°. 1320.

31. Donatio ... per Guillelmum de Torduno, servientem Regium, et ejus uxorem, de decem denariis Tholosanis, quos percipiebant super quadam possessione unius campeti terrae setti de Castello sibi in affario de Torduno, et solvebantur annuatim in festo S^ti. Thomae, apostoli ... R. I. M^r. Dominicus Dorivus, notarius Marciaci, A. D. m°. ccc°. xxxij°. 1332.

32. Confirmatio et ratificatio ... per Dominum Comitem Pardiaci super venditionibus et donationibus factis monasterio de omnibus terris et possessionibus, quas habebant in territoriis seu villariis de Caumonte et de Bergonhano, cum eorum juribus per Guillelmum Bernardi de Leguiano ... R. I. M^r. Raimundus de Sirano, notarius Pardiaci, A. D. m°. cc°. lxxx°. pridie Idus Ianuarii. 1280.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

1279. 33. Donatio, concessio et confirmatio --- per Bernardum et arnaudum de — Leguiano, fratres, de affario de Caumonte, de Sto. Jorio, et de Bergonhano, de eorum dominiis, juribus et actionibus quae habebant in dictis locis et eorum pertinentiis.. R. I. Mr. Bo. de la gorguee, notarius de malburgueto, A.D. mo. cco. lxxjxo. vijo. Kalendas marcii.

1300. 34. confirmatio facta monasterio — auctoritate Regiâ de rebus acquisitis — quocumque titulo à nobilibus personis in — territoriis de Cortia, de tapia, de Rippa alta, de Lessumath et de Roca, de la Serra et de la Serrada, de Caumonte, de Bergonhano, de vico et de Campuzed, de quibus financia — Domino Regi franciae debebatur ratione feudorum et retrofeudorum seu amortizationum, ... de quibus omnibus ad majorem ~~confirmationem~~ roboris firmitatem in presenti confirmatione se subscripserunt, videlicet Magistros Ramundum de Bardiaco, Ramundum Boerii, et Geraldum de vineis, notarios Regios publicos, A.D. — mo. ccco.

1275. 35. La meme chose qu'à N°. 22. — Sans de Roichava, detenteur est dit notaire de St. Sever.

1267. 36. Donatio --- per arnaudum Guillelmi d'aricorb, de omnibus terris cultis et incultis quas habebat cum omnibus juribus et — pertinentiis

pertinentiis suis, loco vocato de Sensjori, quae terra sita est inter terram de Poisos, ex una parte: et terram de Caumonte, --- in presentia Domini comitis Bardiaci.. predictus comes suum sigillum predictis — apponi fecit A.D. mo. cco. lxvijo.

37. Instrumentum quo Dominus — Ramundus d'Esparros reddidit et restituit Monasterio Casae Dei terram sive terras vocatas del Cornother, et eas recognovit fore dicti monasterii, nec non dictus Dominus Ramundus laudavit, approbavit, concessit, et etiam confirmavit venditionem factam monasterio per Dominum Odonem de Goresca, de terra sive Cazale vocato de Ulmo et de villa, et aliis terris... R. I. Mr. Deodatus — Laurencii, notarius de Miranda A.D. mo. cco. xciiijo. 1294.

38. Donatio .. per Dominum Centullum de Troncen, Domicellum, de decem solidis morlanorum, quos habebat et percipiebat in territorio de Damies .. R. I. Mr. arnaldus Guillelmi de la fita A.D. mo. cco. xcvo. 1295.

39. Donatio -- per arnaudam de Tapia de omnibus terris quas ipsa habebat in territorio de Tapia cum omnibus juribus et pertinentiis suis... Sigillum comitis Bardiaci fuit inpendenti appositum A.D. mo. cco. lxviijo. 1268.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

1283. 40. Donatio ... per Sancium aroques, habitatorem de Julhaco, de omnibus — juribus quae habebat in affario de Tapia. ... R.I.M^r. arnaldus Guillelmi de la fita, — notarius, sub A. D. m^o. cc^o. lxxxv^o.

1274. 41. Donatio .. per Dominam Assaus de Petrucia, Domina de Julhaco et de Torduno, de Villario seu Castellario de la Tapia, et de omnibus juribus et — pertinentiis suis. Nichilominus laudavit, confirmavit, et approbavit ac ratificavit omnes donationes, cessiones, concessiones, — permutationes, impignorationes factas — monasterio per parentes et predecessores suos ... R.I.M^r. Guillelmus de Birano, — notarius, A. D. m^o. cc^o. lxxiiij^o. ~~[illegible]~~

Voir N° 47.

1316. 42. Donatio .. per Dominicum de — Bordesiis de medio arpento terrae et vineae sito loco dicto à Gratalop ... R.I.M^r. Bernardus de maresco, notarius Senescalliae Tholosae, A. D. m^o. ccc^o. xvj^o.

1292. 43. Confirmatio, laudatio seu — ratifficatio ... per Gualhardum et Guillelmum Bernardi de Panassaco, fratres, de omnibus donationibus factis per Dominum Comitem Pardiaci, avum eorum, de Castellario seu — villario d'armos et Casali de la Cucansa in Pardiaco; et nichilominus dicti fratres dederunt — monasterio

monasterio totum illud jus quod ipsi — habebant vel habere poterant in — omnibus supradictis ... R.I.M^r. Jacobus Parisiensis, notarius Bellimarchesii, — A. D. m^o. cc^o. xcij^o.

44. Donatio .. per Petrum de Marrenx, 1284.
Dominum de Montegualhardo, de quodam Casali, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, sito in Parochia de Sentralha ... R.I. M^r. Guillelmus de la molera, notarius Vici, A. D. m^o. cc^o. lxxxiiij^o.

Voir page 32. de ce Tome.

45. Donatio ... per Dominam Condoriam, 1284.
filiam Domini Vitalis de la fita, militis — quondam, de quatuor casalibus, videlicet — casale de la Casalada, casale seu terra — d'aran, mottam de Rippealta, et bedatum dictae mottae, et de omnibus juribus et — pertinenciis suis ... R.I.M^r. arnaldus Guillelmi de fita, notarius Montis leguduni, A. D. m^o. cc^o. lxxxiiij^o. viij^e Idus Decembris.

La fite

46. Donatio ... per Guillelmum Bernardi 1284.
de Leguiano de sua parte territorii de — Cortivis et de Ecclesia situata in dicto territorio. ... R.I.M^r. Bruni, notarius totius Comitatus Astaraci, A. D. m^o. cc^o. lxxxiiij^o. nonas Septembris.

47. le meme qu'à N° 41. ~~[illegible]~~ 1278.
le notaire est ici apelé Raimond de Biran. il y est dit que l'acte fut passé le 2. Juillet 1278.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

1286. 48. Confirmatio seu ratificatio ... per Dominum Theobaldum de Petrucia, de omnibus terris quas monasterium emerat, nec non donationum et concessionum omnium et singularum factarum monasterio per omnes parentes et predecessores suos ... R. I. M. Vitalis de Curreto, notarius Tarviæ. A. D. m°. cc°. lxxx vj°.

1226. 49. Donatio ... per Dominum Augerium de Montelugduno de villa d'Ardenac et d'Armos, et fuit sigillatum sigillo Domini Comitis Pardiaci ... A. D. m°. cc°. xxvj°.

Voiez page 70. de ce Tome.

1258. 50. Confirmatio ... per Arnaldum de Aurea valle de villa d'Andenac; cum omnibus juribus et pertinentiis suis ... fuit appositum sigillum dicti Arnaldi de Aurea valle ... A. D. ~~1242~~. m°. cc°. lviij°.

1237. 51. Donatio ... per Dominum Guillelmum Sancii de Aurea valle de villa d'Ardenac cum omnibus juribus et pertinentiis suis ... fuit appositum sigillum Domini Comitis Pardiaci ... A. D. m°. cc°. xxx°. vij°. mense augusti, die Sancti Laurentii.

1266. 52. Donatio ... per Bernardum de Panessaco de tertia parte quam habebat in villa [S.] Christofori, de juribus quæ habebat in terra de Cortiva et Ecclesia ... fuit appositum sigillum dicti Bernardi [ou Bertrandi] ... A. D. m°. cc°. lxvj°.

Confirmatio

53. Confirmatio et ratificatio ... per Dominum de Torduno de territorio de Gratalop cum omnibus juribus et pertinentiis suis ... fuit appositum sigillum dicti Domini de Torduno ... A. D. m°. cc°. lxiij°. 1263.

54. Recognitio ... per Dodonium de Sariac, Domicellum, de territorio vocato de Damies, et de omnibus juribus et pertinentiis suis, post multiplices vexationes et molestias quas ipse Domicellus intulerat Grangiæ deu Feugar et dicto territorio Damies, ratione Dominii et juris padoenciæ dicti territorii: tandem monasterium volens redimere vexationem suâ occasione omnium premissorum, dederunt dicto Domicello xxxvj. solidos morlanorum ... fuit appositum sigillum Domini Comitis Pardiaci A. D. m°. cc°. lxx°. 1270. Sariac 1270

55. Donatio ... per Theobaldum, Dominum de Petrucia, de Casali de Gratalop et de Cavo, et de omnibus juribus et pertinentiis eorumdem. ... fuit appositum sigillum dicti Domini de Petrucia, A. D. m°. cc°. lxvj°. 1266.

56. Donatio et venditio ... per Petrum de Panassaco, de omnibus terris cultis et incultis, quæ et quas habebat in territorio de Cortivis, et decima ejusdem, cum omnibus juribus et pertinentiis suis ... pro qua quidem donatione seu venditione dictus Petrus de Panassaco habuit à 1264.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

No. ~~26~~ 31. monasterio et recepit Lª solidos et unum
bovem ... Sigillum Domini Comitis Pardiaci ...
A.D. mº. ccº. lxiiij.º

1320. 57. Donatio .. per Petrum Pradere et
Johannam, ejus uxorem, de omnibus juribus
et actionibus quæ habebant in tribus arpentibus
terræ, minus uno casali, sitis in loco vocato
Barta de Torduno ... R.I.Mr. Ramundus de
Porta, notarius marciaci, A.D. mº. cccº. xxº.

1308. 58. Donatio ... per arnaudum de Ramunda
de quadam pecia terræ sita in territorio de
Espiroto .. R.I.Mr. Guillelmus de Samasano,
notarius totius Senescalliæ Tholosæ A.D.
mº. cccº. viij.º

1349. 59. Donatio ... per arnaudum de media
villa, et ejus uxorem, de septem casalibus terræ
sitis in territorio de Marciaco propè molendinum
deu cuing ... R.I.Mr. Bernardus fabri, notarius
Regius publicus, A.D. mº. cccº. xlxjxº. die xxª. –
mensis marcii.

1331. 60. Testamentum Petri de castello de –
Marciaco, qui legavit Pitanciariæ monasterii
Casædei unum arpentum terræ situm in —
territorio de Pradelhs ... R.I.Mr. Dominicus darmuñ,
notarius marciaci, A.D. mº. cccº. xxxj.º die jxª. –
mensis Julii.

1332. 61. clausula Testamenti Domini Bernardi
de Samasano, in quo legavit ... omnia bona, census,
oblias, redditus et proventus et alia jura et deveria
..quæ ... habebat in loco de Devesia ... R.I.Mr. Dominicus
de Darmuñio

OU PREUVES.

de Darmunio, A.D. mº. cccº. xxxij.º xxª. die No. ~~26~~ 31.
martii.

62. Donatio ... per Dominum arnaldum 1334.
Guilhelmi de armanhaco de uno arpento terræ
quod est in affario de Bellomonte, quod fuit
olim Leprosi de Bellomonte quondam, juxtà –
grangiam de Bogossio ... R.I.Mr. vitalis de Sorbets,
notarius, A.D. mº. cccº. xxxiij.º die iiij.º marcii.

63. Donatio ... per Dominum Bartholomeum 1276.
de Calhaveto, Dominum de Bogossio, de medietate
casalis de Bararan in affario de Bogossio ... R.I.
Mr. Guillelmus de molera, notarius de vico fezenciaci,
A.D. mº. ccº. lxxvj.º die xiiij.ª mensis Julii.

64. confirmatio et ratificatio ... per Dominum 1282.
Bartholomæum de Calhaveto, militem, de –
quodam casali vocato de Culturis sito in – St. Luper
Parrochia sancti Lupercii propè Bogossium –
dato per fratrem Bernardum de Calhaveto,
Canonicum casæ Dei ... R.I.Mr. Guillelmus de la
molera, notarius de Vico-fezenciaci, A.D. mº.
ccº. lxxxij.º die xiiij.ª mensis marcii.

65. Donatio .. per marchesam de Cucurroo 1283.
de tota illa medietate ~~loci~~ totius affarii seu territorii
de Cucurroo ... R.I.Mr. Guillelmus de molera, –
Notarius Vici-fezenciaci, A.D. mº. ccº. lxxxiij.º
die sexta mensis Marcii.

66. Donatio facta monasterio et domui 1279.
de Bogossio per Dominum Guillelmum de la –
molera, Presbiterum, de omnibus terris cultis et
incultis, fructibus, arboribus, juribus et deveriis ... in

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N.° 31. nemore tunc seu loco, qui est ultrà serram vocatam de la Bartanha... R. I. M.r Guillelmus de Molera, notarius de Vico fezenciaci, A. D. m.° cc.° lxxjx. die xiiij.a mensis Januarii.

1292. 67. Donatio... per Dominam Assaut de Batmaguert, de omnibus juribus et actionibus quæ et quas ipsa habebat, tam super proprietatibus, quam possessione rerum ac feudorum situorum infrà villam de Vico fezenciaci, et ejus territoriis... R. I. M.r Simon, notarius de Vico fezenciaci, A. D. m.° cc.° xcij.° die iiij.a mensis marcii.

1284. 68. Donatio facta monasterio et hospitali de Vico per Garsionem de Batmaguert, Burgensem Vici, et ejus uxorem, de 28. denariis morlanorum censualibus... R. I. M.r Guillelmus de Moleria, notarius de Vico Fezenciaci, A. D. m.° cc.° lxxxiiij.° die xj.a Julii.

1339. 69. Donatio [eisdem] per nobilem G.m de Brezolis, Dominum de Vulture, de duobus denariis morlanorum censualibus,... R. I. M. Guillelmus de Andresto, notarius de Vico fezenciaci, A. D. m.° ccc.° xxxjx.° die iij.a mensis Julii.

1286. 70. Donatio [eisdem] per Dominam Assaut de Malartico de xiiij. denariis censualibus:

N.° 31.

censualibus... R. I. M. Poncius de Birano, notarius de Vico Fezenciaci, A. D. m.° cc.° lxxxvj.° die iij.a octobris.

71. Confirmatio et ratificatio... per Garsiam de Ferraboc, Domicellum, dominum Castri de Flenphod, de omnibus donationibus, cessionibus et aliis juribus atque actionibus, quæ et quas pater suus et ipsemet dederant monasterio casæ Dei de affario de Leziano. ... R. I. M.r Poncius de Birano, notarius de Vico-fezenciaci, A. D. m.° cc.° lxxv.° die ij.a marcii. 1275.

72. Instrumentum qualiter nobilis Bernardus de Monte acuto se divestivit... affarii de Leziano... R. I. M.r Guillelmus de Molera, notarius de Vico Fezenciaci... A. D. m.° cc.° lxxv.° die xj.a mensis Novembris. 1275.

73. Donatio et absolutio... per Dominam Clarmont, filiam et heredem nobilis viri Bernardi, Domini quondam de Pardelhano. ... de Talaciano, et in omnibus quæ Dominus Arnaldus de Violera, miles, habebat in ipsa terra... A. D. m.° cc.° lxviij.° 1268.

74. Donatio... per Dominicum de Bordis, Burgensem Vici-Fezenciaci, de quadam pecia terræ et albaredæ sita in affario de Anhano... R. I. M. Guillelmus de Raseto, notarius Vici-fezenciaci, A. D. m.° ccc.° liiij.° die xviij.° mensis maii. 1354.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

1309. 75. Donatio ... per dominum de armentivo
N°. 31. de toto illo territorio vocato de la morera,
quod habebat pro indiviso cum dicto —
monasterio ... R.I.Mr. Guillelmus de Samazano,
Notarius Marciaci, A.D. m°. ccc°. jx°.

1254. 76. Donatio ... per Armanum de
Bioleta de omnibus juribus, quae habebat
in omnibus terris sitis à Pleno follo usque
ad foramen Boau, et à forad Boau sicut
ducit via usque ad montem margaritum,
cum omnibus pertinentiis suis, necnon et de
omni terra quae infrà terminos infrascriptos
comprehenduntur ... Sigillum domini comitis
armaniaci ... A.D. m°. cc°. liiij°.

1244. 77. Quitatio ... per dominum comitem
armaniaci super gravaminibus per eundem
illatis Grangiae de Sarrambato ... Sigillum
Domini comitis armaniaci A.D. m°. cc°. xliiij°.

1265. 78. Donatio .. per dominum Guillelmum
de Sederac loci de Bauti et Ecclesiae de —
Tabauti ... Sigillum Domini comitis armaniaci
A.D. m°. cc°. lxv°.

1244. 79. Donatio ... per Canebrunum de Gelas
... in loco de Fremensano ... Sigillum ... A.D.
m°. cc°. xliiij°.

1249. 80. Donatio ... per Vitalem Majau et
ejus uxorem, de omnibus juribus et pertinentiis
loci de Tabaucio ... sub A.D. m°. cc°. xljx°.

1242. 81. Donatio ~~facta~~ monasterio seu domui
Grangiae de Sarrambato per Betz de Petrucia,
| je crois

je crois que Betz et Bellus sont la même
nom | de omnibus terris et juribus ac —
pertinentiis eorumdem sitis ad Sarrambatum.
... Sigillum Domini comitis armaniaci et
Pardiaci ... A.D. m°. cc°. xlij°.

82. Donatio et concessio ... per dominum — 1279.
Ramundum aimerici de montesquivo, Dominum
de Montesquivo, et dominum Hugonem de —
montesquivo, militem, fratres, de omnibus —
juribus, actionibus, quas et quae habebant ratione
et nomine proprietatis in toto casali de la —
Capeda, et de Poilobon, et deus Planhetz, et deu
Salabert, et cum pertinentiis eorumdem ... R.I.
Mr. Poncius de Birano, notarius de vico fezenciaci,
A.D. m°. cc°. lxxjx°. die xiiij°. Decembris.

83. Donatio facta monasterio et Grangiae 1274.
de marrenchis per Vitalem de fita de omnibus
terris quas habebat in territorio de Campoz et
et ejusdem pertinentiis ... R.I.Mr. Guillelmus
de Perinhano, Notarius auxis, A.D. m°. cc°.
lxxiiij°. die vij°. mensis Marcii.

84. Donatio ... per Ramundum Carrot, 1274.
de monteclaro in anglesio, de xij. denariis
morlanorum censualibus ... R.I.Mr. Brunus,
notarius astaraci, A.D. m°. cc°. lxxij.

85. Donatio ... per Guillelmum arnaldi 1275.
de Birano duorum casalium sitorum ad —
sanctum michaëlem de la Sessola ... R.I.Mr.
Guillelmus Iohannis Fusterii, notarius Tholosae,
A.D. m°. cc°. lxxv°. die xiiij°. introitus madii.

J. iij.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

1312. 86. Donatio -- per Hotonem et Geraldum
de Gaudos, fratres, Domicellos, de quadam
medietate pro indiviso castri seu Castellarii,
seu Villaris de fremensano, cum omnibus
terris cultis et incultis, ac omnibus aliis juribus
et pertinentiis ejusdem siris in Fezenciaco... R.
I. M^r. B^s. de Maresco, notarius Tholosae, A. D.
m^o. ccc^o. xij^o. die viij^a. exitus mensis Februarii.

1286. 87. Donatio... per arnaudum de Larades
de casali de Larades... R. I. M^r. Castellanus de
Johanne, Notarius Vici ferenciaci, A. D. m^o. cc^o.
lxxxvj^o. die ultimâ mensis Septembris.

1273. 88. Donatio facta monasterio et Grangiae
de Moreda per Rostanum de Camarada de
omnibus terris propè molendinum de Gaudon ---
R. I. M^r. filius Boni de aqua, communis notarius
Vici, A. D. m^o. cc^o. lxxiij. die x^a. introitus madii.

1276. 89. Donatio quorumdam feudorum sitorum
in villa de Vico ferenciaci, et ejus territoriis et
pertinentiis suis, cum omnibus juribus et pertinentiis
dictorum feudorum censualium ... per Dominum
Bertrandum de la Gardera, militem ... R. I. M^r. Guillelmus
de la molera, notarius, A. D. m^o. cc^o. lxxvj^o. die xiiij^a.
mensis aprilis.

1327. 90. Donatio ... per nobilem virum Dominum
B^m. de Panazaco, condominum castri de Sancto
Christoforo, de omnibus juribus, proprietate et
dominio territoriorum vocatorum delscau et
de Bao, sitorum in comitatu Pardiaci ... R. I. M^r.
Guilbertus de collibus, notarius, A. D. m^o. ccc^o. xxvij^o.

91.

91. Compromissum inter ... et Dominum — 1287.
Guillelmum de Podenacio, militem ... super —
questione territorii deu Port et territorii de —
fontaylhes, et terrarum eorumdem ... R. I. M^r.
Guillelmus de la molera, notarius, A. D. m^o. cc^o.
lxxvij^o. il faut 1287.

92. Compromissum inter ... et Dominum — 1310.
Johannem de Novalibus, Rectorem de —
monte claro --- super questione decimarum de
monteclaro .. R. I. M^r. Guillelmus de Bestiis, A. D.
m^o. ccc^o. x^o.

93. cùm discordia verteretur inter Dominum 1274.
Comitem Fezenciaci et armaniaci, ex parte una,
et monasterium, ex parte altera, super limitationibus
territorii S^ti. Pauli et S^ti. Johannis de Lavisiaco, —
tandem auditis rationibus et attestationibus pro
parte monasterii productis, per Dominum Judicem
dicti Domini Comitis fuit adjudicatum dicto —
monasterio infrascripta territoria per domum de
Levinhaco pertinere et fore possidenda. Deinde dictus
Dominus comes omnia supradicta confirmavit et
ratifficavit, atque ultrà hoc decem conquadas terrae
monasterio dedit ... R. I. M^r. Guillelmus de moleria,
notarius, anno Domini m^o. cc. lxxiiij^o.

94. Compromissum inter .. et Sindicum domûs 1276.
Templariorum de Argentino et domus de aquatinesta ..
.. super territorio seu affario de Lesiano ... R. I. M^r. vitalis
de Ernée, notarius, A. D. m^o. cc^o. lxxvj. ultimâ februarii.

95. compromissum inter ... et Bonetum Rubei et 1313.
Sancium Boneti -- super casale molendini de Barx ... R. I.
M. Sancius de maresco, notarius Tholosae, A. D. m^o. ccc^o. xiij.
die vj^a. introitus Junii.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

1306. 96. compromissum ... et consules castri de podio lobono ... ~~ratione~~ terrarum grangiæ de marrenxis, et juribus et pertinentiis earumdem .. R. I. M.r Pelegrinus de Piru, notarius Tholosæ, A. D. m°. ccc°. vj°. die xij.a mensis Decembris.

1312. 97. assignatio facta monasterio per venerabiles viros Dominos Bernardum de Maureto, Petrum de Verduno, Canonicos ecclesiæ auxitanæ, et per procuratores et Vicarium Domini archiepiscopi auxitani, ex commissione per eundem Dominum archiepiscopum eisdem facta, pro recompensatione ecclesiarum Sancti Cesterçii de arthenhas, et Sanctæ Mariæ de Rippaalta in armaniaco, et quarumdam ecclesiarum, quæ sunt circa Grangiam de moreda, omnium decimarum quas idem Dominus archiepiscopus habebat et possidebat in ecclesiis de Cotenxis, de Caro et de Sererin ... R. I. M.r Pelegrinus de Pererio, notarius Marciaci, A. D. m°. ccc°. xij. die Lunæ antè festum Sancti Matthiæ, apostoli. [illegible]

1310. 98. Divisio facta inter ... et nobilem Dominam Condoriam de Sirraco ... super divisione et limitatione cujusdam territorii vocati Casale de Nagumbes, et Casale Coluin, et feudatariorum eorumdem ... R. I. M.r Pelegrinus de Pererio, notarius Marciaci, A. D. m°. ccc°. x°. die xviij.a mensis Februarii. Voiez N° 131.

99.

99. Compromissum ... et Dominum archiepiscopum et Sindicum Capituli auxitani, super omnibus questionibus, ecclesiarum presentationibus, limitationibus, Decimis, terris, possessionibus et aliis quibuscumque ... R. I. M.r Ramundus de Montealto, notarius, A. D. m°. ccc°. viij°. die mensis Junii. [l'octavo tombe t'il sur le mois ou l'année ? 1308. ou 1308.

100. Compromissum inter ... et Consules Bellimarchesii ... super occupatione quarumdam terrarum sitarum in territorio de Splanca, quas homines de Devesia tenebant à monasterio ... R. I. M.r Petrus ~~[illegible]~~ Oberus, notarius villæ Vauresvis, A. D. m°. cc°. xciij. die martis ante festum Beati Bartholomei. 1293.

101. Compromissum inter ... et Nobilem fortanerium de Baulato ... super questione diversarum peciarum terrarum, casalium et possessionum situatarum in Parrochia Sancti Petri de Cotenxis, jurium et pertinentiarum earumdem ... R. I. M.r Guillelmus de Molera, notarius Ferenciaci, A. D. m°. cc°. lxxxv.° die xj.a mensis augusti. 1285.

102. Compromissum inter ... et homines de Tabauz .. ratione usûs et explectæ, quam asserebant se habere homines predicti in Serra de Furno, in loco vocato Grapolino, in territorio de Sarrambato ... R. I. M.r Guillelmus de Parrano, notarius Vicensis, A. D. m°. ccc°. xij.° 1312.

J. V.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

1285. 103. Compromissum inter ... et Ramundum Guillelmi de Gelas, super questione casalis deu Branet ... R. I. M.r Guillelmus de moleria, notarius vici fezenciaci, A. D. m.o cc.o lxxxv.o

1280. 104. Donatio ... per Dominum Jordanum de Caneto de territorio de Tilhet in affario de Ribaute ... R. I. M.r Ramundus Guillelmi de Romas, notarius de maloborgueto, A. D. m.o cc.o lxxx.o

1314. 105. Donatio ... per Vitalem et arnaudum de fargis, fratres, Domicellos, de quodam casali terræ, cum omnibus juribus, censibus, obliis, agrariis, retroacapitibus, legibus, clamoribus, incursibus, redditibus, proventibus, deveriis et pertinentiis suis quibuscumque sitis in ~~pertinentiis~~ castri de monte acuto, in loco vocato de monteagudello, pro redemptione peccatorum et predecessorum suorum ... R. I. M.r Bd. de Maresco, notarius publicus senescalliæ Tholosæ, die xij.a mensis augusti, A. D. m.o ccc.o xiiij.o

Il y avoit autrefois dans la maison de l'abbé de la Casedieu à marciac parmi les manuscrits de sa Bibliotheque, une espece de Cartulaire. ce livre contenoit les donations et plusieurs actes de l'abbaïe.

Il est remarqué dans le catalogue des Livres que le comte de Pardiac en donna un au monastere en 1377. Item quendam alium librum

vocatum anselme, quem dedit monasterio casæ dei Dominus arnaldus Guillelmi, comes Pardiaci, Dominusque terrarum Bianesii et orbani (Birani et Ordani), qui decessit sub anno Domini m.o ccc.o lxxvij.o die xiij.a augusti, quâ fuit sepultus in dicto monasterio. 1377.

106. Pareage de marciac en m. cc. xcviij. 1298.

107. Pareage de Plaisance en m. cc. xxij. 1322.

108. Hommage de l'abbé de la Casedieu, pour letters de Moreda, tenu noblement (in feudum Gentile et nobile) la moitié de Plaisance, au comte d'armagnac en 1337. par acte retenu par Raimond de Podio, notaire des comtés d'armagnac, fezensac et Riviere basse. il est dit dans cet acte porté que le terroir de Morede confronte avec Vic fezensac, Justian, Gajan et marambat. celui de Plaisance avec Galiax, Ju, Tasque et la Riviere de la Ros. 1337.

109. Homagium et sacramentum fidelitatis per homines et universitatem ac singulares Loci de moreda prestitum Domino abbati casæ Dei et condomino loci de moreda, quod fecerunt flexis genibus, manibus junctis, dicti homines singulariter et sigillatim, ac corporaliter juraverunt ... R. I. M.r Guillelmus de Cardelhaco, notarius comitatus armaniaci, A. D. m.o ccc.o xxxvj.o 1336.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

1312. 110. Venditio facta monasterio per Petrum de Cung de quadam medietate cujusdam molendini in pertica marciaci siti in flumine Lobroes ... R. I. M^r. Guillelmus de Samazano, Notarius regius, A. D. m°. ccc°. xij.° die iiij^a. exitus Junii ... Sigillum in-pendenti curiae Regiae.

1293. 111. venditio ... per Bonassiam de Guereter et filios ejusdem, de quadam petia terrae sitam loco vocato Conquadan ... R. I. M^r. Guillelmus de Lanalonga, Notarius, A. D. m°. cc°. xciij°. die xij. mensis Januarii.

1280. 112. Venditio ... per Dominum de Gerderest de Locis de Caumonte, de Tapia et de Bergonahono ... R. I. M^r. Bernardus de la GeXorgue, notarius de Malborguet, A. D. m. cc°. lxxx°.

1311. 113. venditio ... per Hugonem de Marrenx, Domicellum, Dominum de monteclaro, de xx^ti. denariis Tholosanis ... in affario de Torduno ... R. I. M. Guillelmus Arnaldi, notarius publicus mirandae, A. D. m°. ccc°. xj°.

1277. Beon 114. Venditio ... per Arnaldum de Beu, Domicellum, et ejus uxorem, de omnibus juribus quae ipsi habebant in affario de la Tapie ... R. I. M^r. Ramundus Guillelmi de Romano, notarius publicus Maliburgueti, sub anno Domini m°. cc.° lxxvij°.

115.

115. confirmatio et ratifficatio ... per Dominum Johannem de Rippa alta de vendisione facta Loci de Rippa alta cum omnibus juribus et pertinentiis suis ... R. I. M^r. Bernardus de Gurga, notarius de Malo-burgueto, A. D. m°. ccc°. vj°. die xiiij^a. Augusti. 1306.

N^a. c'est la Confirmation par Guillemette de Moncade de la vente de Ribaute

116. Venditio ... per Guillelmum Bernardi de Laguiano, et ejus uxorem, de Casali de la Tapie, et de omnibus juribus et pertinentiis suis ... Sigillum comitis Pardiaci, A. D. m°. cc°. lxxj°. 1271.

117. Venditio ... per Bertrandum de Samasano, de omnibus juribus quae ipse habebat in tota terra de us Poious, et pertinentiis suis ... Sigillum .. A. D. m°. cc°. lxjx°. 1269.

118. venditio ... per Vitalem de fita, Domicellum, de territoriis castrorum, villariorum de Peyraguda et Abellarieto, et de omnibus juribus et pertinentiis eorumdem. .. R. I. M^r. Arnaldus Guillelmi de fita, Notarius Pardiaci, A. D. m°. ccc°. xj°. 1311.

119. Venditio .. per Docehum de Serhilnato, de omnibus juribus, quae habebat in territorio seu affario vocato de Bogaloo, sito in Pardiaco in affario de Gaya seu de Falgario ... R. I. M^r. Jacobus Parisiensis, Notarius Bellimarchesii, A. D. m°. cc°. xcvij°. 1297.

120. Venditio ... per Dominum Guillelmum Bernardi de Panassaco, de territorio de Costia, et de omnibus juribus et pertinentiis suis, quod- 1274.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Habebat pro indiviso et de Ecclesia Sti Petri de Cortias. ...R. I. Mr. Brunus, notarius astaraci, A.D. mo. cco. lxxiiij°.

1311. 121. Venditio... per Dominum Hugonem de Marrenchis de quodam molinare seu molendini firma, quod et quam dictus Domicellus habebat in aqua seu flumine seu Rivo vocato la ossa, et de omnibus juribus et pertinenciis ejusdem, nec non et de uno casali terrae contiguo dicto molendino, ab itinere publico per quod itur de Baux versus Mirandam usque ad terram Prioratus Sancti Mauri in furco vocato vulgariter de Cocut canta... R. I. Mr. Bo. de maresco, notarius Marciaci, A.D. mo. ccco. xj°.

1274. 122. le même qu'à N°. 120.

1307. 123. Venditio... per arnaudum de Monacho et franquam, ejus uxorem, de Marciaco, de quadam platea et dimidia cum ejus edifficio quod erat ibidem constructo, sitis in carreria Marciaci vocata communiter Carreyria Beatae mariae... R. I. M. Raimundus de Boerii, notarius Marciaci, A.D. mo. ccco. vij°. die veneris ante festum annunciationis beatae mariae.

1310. 124. Venditio... per Johannem de fonte de duobus arpentibus terrae et quadam vinea in sitis in territorio de Gratalop... R. I. Mr. Ramundus Boërii, notarius de Marciaco, A.D. mo. ccco. x°. die mercurii post festum beati Bartolomei, Apostoli.

1300. 125. Venditio... per Dominum Johannem de Ribauta, de feudis quae habebat in affario de Ribauta

Ribauta... R. I. Mr. arnaldus Guillelmi de Lanalonga, notarius, A.D. mo. ccco. die ultima Decembris.

126. Venditio facta lampadi monasterii Casae Dei per arnaldum Guillelmi de Sancto mauricio de tribus solidis morlanorum censualibus, .. R. I. Mr. arnaldus Guillelmi de Lanalonga, notarius de Bellomarchesio, A.D. mo. cco. xxvj°. | il y a erreur il faut 1336. le notaire ne pouvoit pas demeurer à Beaumarchez en 1226. cette Ville n'etant pas encore batie. | die jxa. exitus mensis aprilis. 1336.

127. Venditio... per arnaldum Casoque et Geraldam, ejus uxorem, de duabus conquadis ~~pradi~~ sitis in affario de Bogossio... R. I. Mr. Guillelmus de Sorbeto, notarius armaniaci, A.D. mo. ccco. xvij°. die jxa. introitus mensis Decembris. 1317.

128. Venditio... per Dominam Ticbores, Dominam de Petrucia, de toto affario d'Oliu, .. R. I. Mr. Petrus de Birano, notarius de Vico Fezenciaci, A.D. mo. cco. lxxxij. 1282. Poncius

129. Venditio... per Dominum Fortium de Sancii de Lados, de duobus casalibus terrae sitis in loco de la Serre et de la Serrada, cum omnibus juribus et pertinentiis suis... R. I. Mr. Petrus de Barberiis, notarius, A.D. mo. cco. jxo. erreur 1292. 1292.

130. Venditio... per Jordanum de Marssano de quibusdam obleriis sive feudis, quae dictus Jordanus habebat in territorio et casali vocato deu Tapo pro indiviso cum dicto monasterio.. R. I. M. Bo. de lamasera, notarius de Marciaco, A.D. mo. ccco. xxviij°. Die ~~xviija~~ (18.) novembris. 1328.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

1323. 131. Voyez ~~[illegible]~~ N°. 98. Venditio ... per
N°. ~~26~~. 31. Dominam Condoriam de Siorato, uxorem
quondam Guillelmi de Siorato, de feudis,
Casalibus vocatis de Columbo, in territorio seu
affario de Magumbert in Pardiaco inferiori,
cum omnibus juribus et pertinentiis eorumdem.
... R. I. M^r. B^o. de Maresco, notarius Marciaci,
A. D. m^o. ccc^o. xxiij^o. die vj^a. februarii.

1307. 132. Excambium sive permutatio inter
monasterium, et magistrum B^m. de Marsiano,
Jurisperitum Bellimarchesii ... de quodam
hospitio et plateis eidem contiguis sitis juxtà
plateam Bellimarchesii cum triginta solidis
Tholosanis censualibus, quos habebat et
percipiebat super certis possessionibus ... in Pardiaco.
... R. I. M. Guilhelmus de Bassilhono, notarius de
Bello marchesio .. A. D. m^o. ccc^o. vij^o. die vj^a. Junii.

1353. 133. Venditio ... per Petrum de Bauberta
de Vico-Fezenciaci, de quadam petia terrae seu
albareda quam habebat in territorio de ~~Arriano~~
Arriano ... R. I. M^r. Guillelmus-Arnaldi de Raseto,
Notarius de Vico-Fezenciaci, A. D. m^o. ccc^o. Liij^o.
die xviij^a. mensis maij.

1304. 134. Venditio ... per Raymundum de Bayo,
Notarium Mirandae, ut tutorem Condoriae de
Bayo, pupillae, de vij. arpentibus terrae in
territorio de Marrenchis ... R. I. M^r. Arnaldus-
Guillelmi, notarius, A. D. m^o. ccc^o. iiij^o. die viij^a.
exitus aprilis.

1356. 135. Venditio ... per Vitalem forcada, et
ejus uxorem, de quadam domo sita in villa de
Vico-

Vico-Fezenciaci in Barrio de Ossa ... R. I. M^r. N°. ~~26~~. 31.
Guillelmus-Arnaldi de Radeto, notarius Vici-
Fezenciaci, A. D. m^o. ccc^o. lvj^o. die jx^a. introitus
aprilis.

136. Venditio ... per Bernardam de 1351.
Calmonte, uxorem Arnaldi de Labatuto, de
quadam pecia terrae &. in territorio de Arriano ...
R. I. M^r. Guillelmus de Andresto, notarius Vici,
A. D. m^o. ccc^o. lj^o.

137. Venditio ... et Hospitali Beatae Mariae 1301.
de Vico per Johannam de Lupiaco et fortanerium,
ejus filium, de sex conquatis terrae in cultura
de Beraut in honore de Vico-Fezenciaci - R. I. M^r.
Guillelmus de Moleria, notarius, A. D. m^o. ccc^o. j^o.

138. Venditio ... et Grangerio de Levinhaco 1311.
per Eysemendo Espanheo, habitatorem de
Levinhaco, de quadam terra et quodam prato
apud Levinhacum ... R. I. M^r. Arnaldus Bruni, notarius,
A. D. m^o. ccc^o. xj^o. die v^a. introitus mensis Januarii.

139. Venditio ... et Grangerio Hospitalis de 1296.
Vico per Petrum Choran et suos, de quadam pecia
terrae sita juxtà dictum Hospitale de Vico ... R. I. M^r.
Guillelmus de la Molera, notarius Vici Fezenciaci,
A. D. m^o. cc^o. xcvj^o.

140. Venditio ..... per Petrum de Armentiu, 1287.
Burgensem de Vico, de quadam vinea et terra ..
in territorio de Lugambato in honore de Vico ...
R. I. M^r. Guillelmus de Molera, notarius Vici Fezenciaci
A. D. m^o. cc^o. lxxx vij^o. die v^a. exitus mensis aprilis.

141. Venditio ... per Petrum de Depars, 1313.
Burgensem Vici-Fezenciaci, de tota illa terra quam

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N°. 31. Habebat in loco vocato Alemat juxtà vineam de Levinhaco... R.I.M^r. Bertrandus de Costa, notarius, A.D. m°. ccc°. xiij°. die v^a. introitus mensis Julii.

1354. 142. Venditio... per Pettrum de Podio, Burgensem Vici, de petia terræ sitæ in Parrochia Sancti Michaëlis de Lucanta in affario de Arriano... R.I.M^r. Guillelmus-arnaldi de Raseto, notarius, A.D. m°. ccc°. liiij°.

1318. 143. excambium seu permutatio... et Ramundum Guillelmi de Ribauta, Domicellum, ... de quinque solidis morlanorum censualium cum aliis quinque solidis et quatuor denariis morlanorum censualibus... R.I.M^r. Johannes de Montelongo, notarius auxis, A.D. m°. ccc°. xviij°. die ij^a. exitus Junii.

1316. 144. Venditio... per Dominum Johannem de Ribauta, de loco de Ribauta cum omnibus juribus et pertinentiis suis... R.I.M^r. Ramundus de Pardiaco, notarius de marciaco, A.D. m°. ccc°. xvj°. die xviij^a. marcii... sigillum Regium ceræ viridis in pendenti. ce doit etre un collationné ou confirmation de la vente.

1302. 145. limitatio facta ad requisitionem monasterii de venditione loci de Ribauta cum omnibus juribus et pertinentiis suis... R.I.M. Ramundus Guillelmi de Avito, notarius de Castronovo in Ripperia, A.D. m°. ccc°. ij°. die v^a. mensis Julii.

il paroit bien qu'il y avoit plus de feuilles de cet Inventaire. le peu de soin qu'on en a eu, a été cause que bien des actes essentiels sont ignorés.

~~Page~~ N°. 26.

Vente par ~~Hugo~~ Bernard de ——— Villeneuve & Sivrag, son neveu, à l'Abbaye de la Cadedieu... ~~Juré... Bernard de Lartiga~~ — de 1227 à 1242 — N°32. 1241.

In nomine Jhesu christi. Notum sit tam presentibus, quam futuris, quod Bernardus de Villanova, et Sivrag, nepos ejus, in manu Bernardi de Lartiga, Bajuli Comitis, bonâ fide et sine dolo, pro se et pro toto genere suo in perpetuum, dederunt et vendiderunt fratribus Casæ Dei totam terram cultam et incultam, quam habebant et habere debebant à Causag et à Bidarel, et à la Bordere, pro ~~..~~ centum quinquaginta solidis morlanorum, nullâ conventione, nullo jure, sibi vel posteris suis, retento, ex quibus videlicet ~~...~~ numeratis Bernardus de Villanova centum solidos habuit et Sivrag L^a. solidos, jurantes ——— ~~aliquam~~ de dicta terra molestiam aliquam vel gravamen fratribus Casæ dei ——— hæc autem venditio seu donatio ——— octavâ die Sancti martini ——— anno Domini m.cc. ——— Lodovico, Rege Francorum, ——— Amanevo, archiepiscopo Auxitano, existente ——— Villanova, et Bernardo, fratre ejus ——— pro ccx. solidis morlanorum priùs tenebant et possidebant ——— de Bielotte; Brasc de Marrenes, Guillelmus arnaldi de ———; arnaldus de nolenes; Petrus Bernardi de Camarade ——— Bertrandus de Leviag; Bigorus ——— Hugo de Bidarel, Capellanus de Pardellano; frater Donatus, Grangiarius de Leviag: frater Girardus. Nos verò Hugo, Episcopus Bigorritanus; Bernardus,

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

~~N°. 6.~~ Casedieu. 1227-1242. N°. 32. Comes Armanaci et Fedentiaci, ut totum hoc ratum permaneat, et stabile perseveret, ad petitionem utriusque partis — testimonium adhibemus, et presentem paginam sigillorum nostrorum munimine roboramus et —

Premontré. 1199. N°. 33. Bulle du Pape Innocent III. qui confirme le Decret du Chapitre general de l'ordre de Premontré sur la renonciation des Abbés aux ornemens Pontificaux.

Les Abbés de la Reforme n'en usent pas. Voiez la pensée d'un General des chartreux dans — Chorier.

Si Prior Cartusiae Abbas fuerit, abbatiae etiam eminentiam gerat necesse est; sed unde, quaeso, illi proventus et impensae, ut longam post se familiam trahat, equos alat, et statum — tueatur suum? Guillaume Rainaud au Pape Urbain V.

INnocentius, Episcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Abbati Premonstratensi, et ejusdem Ordinis Abbatibus, Salutem et Apostolicam benedictionem. Quae in favorem religionis ad substrahendam dissolutionis materiam sunt providè instituta, firma debent esse et illibata servari, et ne infringi valeant, apostolico presidio communiri. Significastis si quidem nobis, quod communi consilio abbatum vestri Ordinis statuistis, quod nullus abbatum vestrorum mitrâ vel chirothecis utatur, ne forsan in ipsum supercilium elationis assumat, vel si videatur sublimis, cùm iis uti se viderit, quae Pontificibus et majoribus Ecclesiarum Prelatis, à Sede apostolica sunt concessa. Nos igitur institutionem ipsam, sicut à vobis providè facta est et recepta, auctoritate apostolicâ confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, statuentes, ut si qua forsan Ecclesia laxioris Ordinis vestram voluerit regulam profiteri, hujusmodi Pontificalibus, etiam si ea priùs habuerit, ulteriùs non utatur, imò potiùs humilitatem servet, et in ea statuta vestri Ordinis

Ordinis imitetur. -- Datum Romae apud Sanctum Petrum, quarto Idus Mayi, - [12. May], Pontificatûs nostri anno primo. Premontré. 1199. N°. 33.

Bref du Pape Pie II. qui permet à Pierre de Montus, Abbé de la Casedieu, de porter les ornemens Pontificaux. Casedieu. 1462. N°. 34.

PIus, Episcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto Filio Petro, Abbati et Conventui monasterii Casaedei, Premonstratensis Ordinis, Auxitanae Diocesis, Salutem et Apostolicam benedictionem. — Exponit vestrae devotionis sinceritas, et religionis promeretur honestas, ut tam vos, quos speciali dilectione prosequimur, quam monasterium vestrum, quod, ut accepimus, inter cetera illarum regionum valdè solemne et notabile existit, habens sub se plura monasteria ejusdem Ordinis, quorum abbas, saltem aliqui, mitrâ utuntur, dignis honoribus attollamus. Hinc est, quod nos vestris supplicationibus inclinati, ut tu, Petre, qui Pater abbas dictorum monasteriorum, et Decretorum Doctor existis, et tui successores dicti monasterii, qui pro tempore erunt Abbates, mitrâ, annulo, et aliis quibuscumque Pontificalibus insigniis, ubique liberè uti, et benedictionem solemnem post Missarum, Vesperorum et Matutinarum solemnia, dummodò aliquis Antistes Catholicus, seu Sedis apostolicae legatus, in benedictione hujusmodi presens non fuerit, vel de ipsorum, si pro tempore aliquis ex ipsis presens fuerit, licentiâ, elargiri; ac etiam corporalia, vasaque et alia ornamenta Ecclesiastica divino cultui ne-

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Casedieu. 1462. N°. 34. Cessaria, Calicibus demptis, pro monasterio, locis seu Ecclesiis eidem Monasterio subjectis, dependentibus, seu incorporatis, presentibus et futuris, licet pleno jure monasterii prescripto non subsint, benedicere, nec non quibuscumque personis Religiosis Monasterii prefati ad hoc idoneis, omnes minores ordines conferre perpetuis futuris temporibus possitis, felicis recordationis Alexandri, Papæ Quarti, Predecessoris nostri, quæ incipit, Abbates, et quibuscumque aliis Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, nec non Statutis et consuetudinibus monasterii et ordinis predictorum, juramento, confirmatione apostolicâ, vel quâvis firmitate aliâ roboratis, ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, vobis et eidem Successoribus auctoritate apostolicâ, de speciali gratiâ, tenore presentium, indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Viterbii, anno Incarnationis Dominicæ m°. cccc°. lx°. ij°. quintodecimo Kalendas Julii, Pontificatus nostri anno quarto. A. de COLLIS.

N°. 35. Divers Passages sur la Mitre des Abbés.

Insignia Pontificalis eminentiæ in Abbate, nec adprobo, nec accepto. Pierre de Blois Lettre 90.

Multo pretio et labore quidam horum Apostolicis adepti privilegiis per ipsa sibi vendicant insignia Pontificalia. Sanè si attenditur eorum dignitas, hanc monachi abhorret professio; si ministerium, solis liquet licere Pontificibus. S. Bernard, Lettre 42.

Nemo ex abbatibus nostris, etiam apostolicis suffultus privilegiis, mitrâ et hujusmodi ceteris insignibus et apparatibus Pontificalibus, uti presumat. hoc enim licet interdùm simplici animo rationabiliter ferri possint, tamen lippientibus et ad judicandum pronis, curiositæ vanitati magis quam religiosæ simplicitati tribui solent. Statuts des Benedictins de la congregation de Bursfeld.

~~OU NOTES SUR LE [illegible]~~

~~PREMIER LIVRE.~~

N°. 36. Remarques sur la Maison de Roquecor.

~~Page 189 N° 20 Ce dernier ecrivoit à la fin du XIII^e siecle~~ .... Geraldus II. anno 1231. testis sistitur chartæ compositionis inter Ramundum, comitem Tolosanum, et Ramundum, abbatem Galliaci, primum nomine: nam secundus cognominis, Patriâ Agennensis, è prosapia nobili de Roquecor satus, sæculo XIII labente, ex canonico Casæ Dei postulatus abbatiam Galliaci adiit, ex qua anno 1318 primus designatur Episcopus Sarlatensis.

Il y a aparence, dit l'Abbé de Sequenville, dans l'Histoire Genealogique de la Maison de Faudoas, que Raimond-Bernard d'Aspremont de Roquecor, abbé de Gaillac et premier Eveque de Sarlat, étoit proche parent d'Arnaud-Raimond d'Aspremont, Seigneur de Roquecor, qui prenoit le titre de noble et puissant Seigneur. Arnaud-Raimond epousa le 31^e aout 1365. Marquese de Faudoas, fille de Beraud, Seigneur de Faudoas, et d'Helene de Balaguier, laquelle etoit veuve de Canhart de Saboulies, Damoiseau, Seigneur d'Encausse, conseigneur du Vicomté de Gimois. Le Seigneur de Roquecor eut deux enfans de Marquese, savoir Jean d'Aspremont, chevalier, Seigneur de Roquecor et en partie de Miramont en Agenois, et Comtesse d'Aspremont, qui fut heritiere de son frere, et porta les biens de sa maison à noble et puissant Baron Amanjeu de Pellegrue qu'elle epousa.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

[illegible] Donation faite à l'Abbaïe de la Casedieu par Arnaud-Raimond de Bautian dans Thalassia. 1231. N°. 37.

1230.
[illegible] ... Notum sit presentibus et futuris,
quod arnaldus-Raimundi de Battiano, —
divino afflatus Spiritu, pro redemptione —
animæ suæ et parentum suorum, et consilio et
voluntate Odonis, Nepotis sui, dedit Deo et —
Beatæ mariæ, et Geraldo, abbati casæ dei, et
fratribus ejusdem Domûs, presentibus et futuris,
pro se et pro toto genere suo, liberé in perpetuum
totam terram cultam et incultam quam —
habebat, vel habere debebat à Thalassia;
nullo jure vel pacto sibi vel Successoribus suis
retento. Hoc donum fuit factum in Grangia
de Leviag, in presentia Geraldi, abbatis casæ
Dei, et fratrum ejusdem Domûs, tali conventione,
ut si aliquis predictam quesierit terram Fratribus
Casæ Dei, mille solidos persolvat. abbas verò —
casæ dei, consilio fratrum suorum, dedit —
memorato Arnaldo-Raimundi pro concessione
dictæ Terræ centum solidos. Hujus rei testes —
sunt Lombardus, abbas Flarani; et Petrus de
Solio, Prior ejusdem Domûs: Gassia Sanius, —
monacus; arnaldus de Battiano: odo, prefati
arnaldi-Raimundi nepos: Petrus De Colomerio,
subdiaconus: Posteà idem arnaldus-Raimundi
in castro de Betos in manu Bernardi, comitis
armaniacensis, et matris suæ Comitissæ, predictum
donum fratribus casædei confirmavit: et Dominus
Bernardus, Comes, voluntate et consilio matris
suæ, donum ipsum laudavit et confirmavit, et
ut fratres casædei supradictam terram in pace,
et

et sine aliquali perturbatione teneant et possideant, sigilli sui munimine presentem cartam corroboravit. Testes hujus confirmationis sunt Lombardus, supradictus abbas Flarani: et Bernardus de Laubusson, Sacerdos et Monacus ipsius: Guillermus, capellanus de Betos: Odo d'armanag: arnaldus-Raimundi Baoc: martinus, claviger comitissæ: Laurentius, famulus = = frater arrinus de la Barrere. Anno Domini 1231. existente Amanevo, Auxitano Archiepiscopo, factum est. N°. 37. Casedieu. 1231.

Donation du Sarambat à la Casedieu
1230.
par [illegible]. Arnaud-Guillem de Biran, N°. 38. 1232.
chevalier, seigneur de Biran, [illegible] ......
In Nomine Domini. Amen. Noverint universi
presentes pariter et futuri, quod nobilis vir
Dominus Arnaldus-Guillelmi de Birano, miles,
Dominus ejusdem Loci, non coactus, nec deceptus,
nec vi, metu, vel dolo, seu aliquâ fraude ad —
hoc inductus, sed suâ merâ et liberâ voluntate,
de assensu Dominæ Condor, uxoris suæ, et Othonis,
filii sui, cessit, transtulit, donavit ac perpetuò
reliquit Deo, Beatæ Mariæ et Fratribus Monasterii
Casædei, Ordinis Premonstratensis, Locum de —
Sarambato, cum omnibus pertinentiis suis, de —
Sancto Circo et de Sancto Saturnino, prout per
certos fines et divisus à Serra et Castellario de
Sancto Circo usque ad Rivum Sancti Michaëlis,
usque ad laborantiam Petri de Mota, et à dicta —
laborantia usque ad viam per quam itur de Vico
versùs Brolium, prout etiam recté potest homo
ire versùs dictam viam, et à dicta via usque ad
Serram per quam itur versùs Castellarium predictum

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N°. 38. Sarambat. 1232.

predictum de Sancto circo, et omnia quæ
dicti termini ambiunt et claudunt, culta et
inculta, quæ ad jus et proprietatem dicti Loci
de Sarrambato pertinent: et hoc donum concessit
dictus Dominus de Birano pro salute animæ
suæ et predecessorum suorum, et ut in dicto Loco
hospitium cum Ecclesia Beatæ Mariæ, Virginis,
edificetur et construatur, in qua pro dicto —
Domino de Birano, et pro omnibus Predecessoribus
et Successoribus suis, fiat semper jugis et continua
oratio, et missæ celebrentur omnibus diebus —
Dominicis et Festis, ut fit in omnibus aliis —
hospitiis et Beneficiis Ordinis supradicti: et hanc
fundationem fecit predictus Dominus Arnaldus-
Guillelmi de Birano subhis conditionibus, —
observationibus et reservationibus, quod Dominus
abbas dicti monasterii Casædei erit semper —
Patronus, presentator et institutor dicti Hospitii
et Ecclesiæ de Sarambato, ita ut mortuo Religioso,
qui erat provisus et institutus per illum, teneatur
statim providere de alio Religioso dicti sui —
monasterii supradictum hospitium et Ecclesiam:
qui quidem Religiosus sic provisus de dicto Hospitio
et Ecclesia de Sarambato ibi faciet mansionem
et residentiam: et quod si dictus Locus deseratur
à Fratribus dicti monasterii, dictus Dominus de
Birano, seu ejus Successores, poterunt providere
de uno Presbitero dictum Hospitium et Ecclesiam,
qui non poterit revocari per vitam seu ejici à dicto
Domino Abbate et Fratribus monasterii memorati.
Quod etiam si eveniret, quod Religiosus dicti —
monasterii,

N°. 38. Sarambat. 1232.

monasterii, qui esset provisus, non posset —
manere et facere suam residentiam in dicto
Loco de Sarambato propter bella aut pestem,
tunc illo casu tenebitur dictus Dominus de —
Birano dare illi Religioso hospitium in dicto —
Loco de Birano, et sicuti Patronus Loci tenebitur
dictum Locum et Religiosum provisum pro viribus
suis servare et deffendere; et nichilominus —
retinuit dictus Dominus de Birano in predictis
possessionibus de Sarambato, pro se et successoribus
suis, judicium sanguinis habere, et leges ejusdem
sanguinis recipere, et altam justitiam et
Dominium, et merum et mixtum imperium. —
Item retinuit et exceptavit in predictis terris et
possessionibus, pro se et successoribus suis, Espailhe
et semen habere ibi et accipere de omnibus —
venationibus, et accipitres, et apes, et Austurcones,
et de quibus consuetum est habere, icti in suis —
nemoribus de Birano. Factum est hoc apud —
Biranum, in Castro dicti Domini de Birano, sexta
die in exitu mensis Madii |21.|, anno Domini
1232. existente Papâ Gregorio Nono; regnante
Ludovico, Rege Franciæ: Presidente Domino —
Amanevo, Auxitano Archiepiscopo. Hujus rei
sunt Testes Dominus Odoardus de Pardelhano,
miles; Bernardus de Antissano, Johannes de —
Broquenxis, Petrus de Crusolis, Stephanus de —
Calhaveto: et ego Antonius Rigali, publicus Loci
de Birano Notarius, qui hanc cartam consensu
dicti Domini Arnaldi-Guillelmi de Birano, ibidem
presentis, scripsi, et in formam publicam redegi, et
signo meo consueto signavi in testimonium premissorum.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Transaction entre Arnaud de Tronsen, & Bernard, Abbé de la Casedieu, sur la Terre de Gajan en Pardiac 1236. N°. 39.

~~[illegible]~~ .. Anno Domini 1236. mense aprili. Noverint universi presentem paginam inspecturi, = de Troncen, fratrem ordinis Fidei atque Pacis, et uxorem ejus Sauram, ex una parte: et inter Bernardum, ablatem, et Fratres Casædei = Domini Amanevi, dei gratiâ archiepiscopi auxitani, assidentibus eidem fratre Raimundo de Coarrasa, Magistro ejusdem ordinis, et fratre odone de = montislugduni, et quibusdam aliis fratribus ejusdem ordinis: dicebat enim dictus Arnaldus de Troncen, quod Pater ejus Guillelmus-arnaldi de Leuga, Domui et abbati = Gajano pro trecentis solidis morlanorum pignori olligaverat, quam villam tamdiù tenuerant dicti Fratres pignori obligatam, quod de fructibus = tota sors et saisina penitùs est deducta. Preterea dicebat, quod multa damna et gravamina intulerant dictæ villæ = temporis morabatus, et extirpando = et viridaria et augarios succidendo, dictasque arbores = inde petebat = damna et gravamina sibi restitui, et quicquid ultrà sortem receptum fuerat, = et perceptionem fructuum = paucam aut nullam utilitatem de dictæ villa habuerat, missionibus, incommoditatibus, et expensis = predictis legitimè contestatis = dicentibus post multas insuper et diversas altercationes hinc inde = dines diversas, quas prænominatus arnaldus = et possidente eam Domui et fratibus casædei, fuit ab utraque parte = sum, presentibus,

presentibus, consentientibus, et expressè volentibus Ramundo de Coarasa, magistro, et aliis fratribus ordinis Fidei et pacis = ipso fratri arnaldo de Troncen in causa ista concedentibus = promiserunt similiter ambæ Partes eidem Domino archiepiscopo Auxitano = aliquo modo perse, vel per alios, contraveniret, quicquid ipsis super premissis diceret et mandaret. Ipse Dominus Archiepiscopus = ab ipso arnaldo de Troncen, et quibusdam instrumentis in causa productis, debatis, rationibus, allegationibus, = pacis et concordiæ, voluit et mandavit, quod dictus arnaldus de Troncen, et uxor ejus Saura, pro se et omnibus = cederent, solverent, desempararent, et in perpetuum quittarent predicto Domino Bernardo = aliquo modo in villa seu ex villa de Gajano, vel in terminis aut finibus suis = actiones = et omnia auxilia, quæ in ipsa villa actenùs habuerant seu habebant = mandavit = Casædei, quod arnaldo de Troncen, et uxori ejus Sauræ, propter = et alia predicta, darent et solverent = trecentos solidos quos habebat domus Casædei in pignore = abbas et fratres Casædei = dictam compositionem ratam et firmam habentes, ipsam = probamus in = excogitari ad utilitatem et proficuum dictæ domûs = per nos = bonam et firmam guirentiam nos et nostri bonâ fide pro = N°. 39. casedieu. 1236.

K

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N°. 39. Casedieu. 1236. honore supradictæ Domûs Casæ Dei ==
de Troncen, et uxor ejus Saura, recognovimus
et in veritate confi == super illos predictam
Domum casæ dei reddimus in perpetuum ==
Testes sunt == Bernardus de Galanio, —
arnaldus de Barta == frater Guillelmus —
Garsiæ, Sacrista casædei == ad majorem
autem firmitatem omnium supradictorum,
nos prefatus archiepiscopus istam cartam
sigilli nostri appensione ==

~~Reconnoissance ... par Transaction~~

Transaction entre Hugues de Pardaillan, Evêque de Tarbe, & Sans, Abbé de la Casedieu, sur le Patronage de Plaisance, qui renferme une sentence arbitrale sur le meme sujet en 1151. 1237. N°. 40.

---- In nomine Domini nostri
Jesu christi. per presentem Scripti paginam,
tam presentium, quam posterorum, notitiæ
commendamus, quod cùm controversia esset orta
inter Dominum Hugonem, Episcopum Tarviensem,
— Odonem de Basilac, archidiaconum Ripparice, ex
una parte: et inter Sancium, abbatem Casædei, ex
altera, super jure Patronatûs Beatæ Quiteriæ
de Ripa alta; asserens que dictus Dominus Episcopus, —
quod de jure ipse debebat Rectorem in dicta Ecclesia
tunc vacante instituere, licet dicta Ecclesia curam —
animarum non haberet, nisi abbas predictus contrarium
probaret vel ostenderet. Et predictus Odo, archidiaconus
Ripparice, dicebat quod pro parte sibi contingente in
dicta Ecclesia ipse debebat recipere à monasterio —
Casædei annuatim septem solidos morlanorum —
censualium. Predictus verò abbas ad hoec sic respondebat,
quod jus Patronatûs dictæ Ecclesiæ sibi pertinebat, pro
eo quod compositum et ordinatum antiquitùs constiterat
inter Dominum Bernardum, quondam Episcopum —
Tarviensem, et Garsiam, archidiaconum Ripparice,
de

de assensu Capituli Tarviensis, scilicet N°. 40.
Arnaldi-Ramundi d'areys d'arbeyllac: — 1151. 1237.
Bernardi de Finas: Ramundum-Willermi de Plaisance.
Sarssas; Bernardi, canonici et procuratoris ejusdem
Capituli, pro se et toto Capitulo Tarviensi, et
predicto archidiacono Ripparice, ex una parte: et
inter Pontium, abbatem casædei: Jordanum, —
Priorem: Sancium, Subpriorem; Rodgerium, Sacristam:
Martinum, operarium, ex altera; in presentia —
Domini Willermi, archiepiscopi Auxitani, et Ecclesiæ
Romanæ Legati, in Sede Tarviæ, sub incarnatione
Domini 1151: quod dicta Ecclesia erat monasterii —
Casæ Dei, et quod abbas, ut Patronus, habebat —
presentationem ibidem dum vacabat, et Episcopus —
Tarviensis ad presentationem dicti abbatis, unum
de suis fratribus idoneum debebat recipere, et in
dicta Ecclesia instituere Rectorem, et quod pro quarta
parte decimæ dictæ Ecclesiæ Archidiacono Ripparice
contingentes, fratres Casæ dei debebant solvere —
Archidiacono Ripparice, seu ejus mandato, in festo —
omnium Sanctorum annuatim duos solidos morlanorum
censualium: et hæc omnia ita esse ostendebant per —
quandam Scripturam antiquam per alfabetum —
divisam, quæ erat sigillo dicti Domini Bernardi, Episcopi,
sigillata, sed propter antiquitatem sigillum in parte
destructum. Demùm predictæ Partes controversias
predictas in Dominum Oddonem de Levitania, abbatem
Generensem, et in Heremitam Archidiaconum de Rostagno, Hieremiam
posuerunt, qui de voluntate partium fuerunt communiter
arbitri electi, et eorum arbitrio solempniter se —
submiserunt, ut ipsi arbitrando seu diffiniendo, juris
ordine servato, vel pretermisso, super predictis questionibus
ordinarent, pronunciarent et diffinirent, prout discretioni

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N°. 40. eorum videretur expedire, hinc ad
Plaisance. proximum festum Sanctæ Crucis Madii, et
1151. 1237. hoc sub pena trium mille solidorum morlanorum,
et nichilominus dictæ Partes sibi ad invicem —
solempniter promiserunt eorum dicto concorditer
per se, suosque Successores, inviolabiliter observare,
sub pena predicta per partem inhobedientem
parti hobedienti concessa et solempniter stipulata,
dicto seu arbitrio remanente in sui roboris firmitate.
Hoc compromissum fuit factum in claustro Tarviæ
quarto Kalendas Madii |28. Avril|, in presentia
archidiaconorum Bernardi de Lays, Bernardi
de Arenx, Bernardi de Bayeres, Gaufridi de Arblas,
Prioris Maliburgueti; Willermi de Frascortades, —
Sacristæ ejusdem Loci; Bertrandi dela Casanhe,
Ramundi de Vidose, Petri dela Bergere, et Gaufridi
de Lamajor, Jurati Maliburgueti: et testimonio —
Gauterii et Austorgii dela Cassanhe, militum.
Postquæ præfati arbitri, auditis rationibus hinc et
inde, deliberatione habitâ cum partibus concorditer,
taliter arbitrati sunt super predictis, videlicet quod
Abbas Casædei, et sui Successores, habeant jus —
Patronatûs in dicta Ecclesia de Ripa alta, in quo
possint presentare unum de Fratribus suis ydoneum,
qui Lege Diœcesanâ subsit Domino Episcopo et —
Ecclesiæ Tarviensi, dum dicta Ecclesia de jure —
vacaverit, et tunc Dominus Episcopus, et sui —
Successores, Fratrem ad presentationem dicti Abbatis,
et suorum Successorum, presentatum recipiat et
instituat Rectorem in Ecclesia predicta. Item —
pronunciaverunt concorditer, quod quarta pars —
totius Decimæ dictæ Ecclesiæ archidiacono Ripparie,
et

et suis Successoribus, pertinentis, sit in — N°. 40.
perpetuum monasterii Casæ Dei, excepto quod Plaisance.
pro predicta parte decimæ quarta fratres Casædei 1151. 1237.
solvant dicto archidiacono, et suis Successoribus,
vel etiam mandato, in festo omnium Sanctorum
per in perpetuum duos solidos morlanorum —
annuatim. Istam verò pronunciationem predictæ
Partes, pro se et suis Successoribus, laudaverunt,
approbaverunt et confirmaverunt, ut per se, suos
que Successores, per in perpetuum habeat roboris
firmitatem. Facta fuit ista pax et pronunciatio
in claustro Tarviæ, sexto Nonas |2.| Madii, anno
Incarnati verbi 1237. Hujus rei testes sunt Garsias
Bernardi de Logorsano, abbas de Gdrac, Bernardus
de Lays, Bernardus de Arenx et Bernardus de —
Banheres, archidiaconi in Ecclesia Tarviensi;
Ramundus Willermi de Levitania, Vitalis de
Basilhac, Arnaldus de Pontac, Petrus de Sobanhac,
milites, et multi alii clerici et seculares. Ut autem
hæc omnia rata et firma permaneant, et à —
nemine possint infringi, ego Hugo, Episcopus —
predictus, in testimonium omnium premissorum
hanc cartam sigilli mei impressione corroboro et
confirmo, pro me et meis Successoribus in posterum,
et sententiam anathematis omni infringenti —
impono. Petrus, Canonicus Tarviæ, scripsit.

Pierre de Malaviscina, N°. 41.
fonda en 1240. le Prieuré de S^{te}. Anne ------ Fondation
de S^{te}. Anne
Notum sit universis Christi fidelibus presentibus des Arres.
et futuris, quod ego Petrus de Malaviscina, 1240.
pro me et posteritate mea, voluntate et assensu

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N°. 41. St Anne des Arres. 1240.

venerabilis viri Raimundi-Arnardi, abbatis Sancti Victoriani, fratris mei, et C. uxoris meæ, et Augerii, filii mei, dono et concedo in perpetuum liberè et quietè Deo et Beatæ Mariæ, Sindico et fratribus monasterii Casæ dei, ordinis Premonstratensis, Locum, qui dicitur de Arris, prout per certos terminos est divisum, videlicet à Loco, qui dicitur de Coldebetz, usque ad Locum, qui dicitur Tramagueres, et de dicto Loco de Tramagueres usque ad Locum, qui dicitur Coldebetz, exceptâ planitie, quæ est inter Locum de Theil et Fraxinum de L'hert, quæ remanet ad proprietatem dicti Petri de Malaviscina; et à Fraxino de L'hert usque ad Locum, qui dicitur Podium arras; et de Podio arras usque ad Locum, qui dicitur Podium Mohy; et de Podio Mohy usque ad Locum, qui dicitur Fay de Gresiolas: et de dicto Loco Fay de Gresiolas usque ad prenominatum Locum de Coldebetz: et quicquid predicti termini claudunt et ambiunt cultum et incultum, hermium et populatum, quod concedo ad jus et proprietatem dicti Loci de Arras, et villam de Pomareda, cum omnibus pertinentiis suis, et omne jus quod habeo vel habere debeo in dicta villa et predicto loco de Arras et terminis prenominatis, feuda, infeudationes, omnia jura directa et alia, que mihi ibi competunt: et hoc donum facio pro salute animæ meæ et parentum meorum, predecessorum meorum et successorum meorum, et pro remissione omnium peccatorum meorum, et ut in dicto loco monasterium prefati ordinis constituatur, in quo pro me et omnibus predecessoribus et successoribus meis fiat semper oratio specialis, et ut in omnibus bonis, quæ ibi fient,

N°. 41. Ste Anne des Arres. 1240.

fient, et in omnibus monasterii ordinis supradicti optatam portionem in orationibus recipere valeam. Verò si supradictus Locus deseratus à dicto Sindico et Fratribus dicti monasterii Casæ dei, tali modo quod ibi divinum officium non fieret competenter, volo quod revertatur ad me, vel posteritatem meam, contradictione aliquâ non obstante. Tamen quotiescumque sepè dicti Sindicus et fratres iterum redire, et ibidem divina officia celebrare vellent, ~~iterum~~ volo et concedo ut redeant et recuperent, morentur, et possideant, et teneant dictum Locum de Arras et villam supradictam de Pomareda plenè, liberè et quietè cum dictis feudis, juribus et infrà limites supradictos, cum pacto quod non possint dicta bona possideri, nisi per dictum Sindicum aut alium Religiosum dicti monasterii Casædei. Quod si alter extraneus religiosus, et qui non esset de dicto monasterio Casædei, se immisceret et vellet occupare dicta bona, volo quod ejiciatur ille Religiosus, et dicta bona revertantur ad me, vel ad posteritatem meam, quoad et quousque dictus Sindicus, aut alius Religiosus dicti monasterii Casædei, redeat legitimè provisus per suum abbatem: et tunc dictus Dominus de Malaviscina tenebitur reddere dicto Sindico aut Religioso dictum Locum quietum cum fructibus perceptis tempore occupationis alterius Religiosi extranei; et dictus Dominus abbas dicti monasterii Casædei erit in perpetuum Patronus, presentator et institutor dicti

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N.° 41. Loci et Monasterii de Arras, et dictæ villæ
S.te Anne des Arres. 1240. de Pomadera, taliter quod mortuo Religioso, —
qui erat provisus per illum de dicto Monasterio
de Arras et dicta villa de Pomadera, poterit —
providere de alio Religioso sui dicti monasterii
Casæ dei: qui quidem Religiosus sic provisus de
dicto Loco et Monasterio de Arras et dicta villa —
de Pomadera, et ibi faciens mansionem et —
residentiam post dictam provisionem dicti abbatis
Casæ dei, poterit in dicto loco de Arras creare —
unum Consulem, unum Judicem, et Bajulum, et
Scribam pro exercenda et reddenda justitia in
dicto Loco de Arras: qui Judex et Bajulus, Consul
et Scriba, poterunt exercere altam justitiam, et
tenere curiam in ~~dicto~~ loco qui dicitur à Plande boeu:
quod si eveniat confiscatio alicujus condemnati
per dictam justitiam in dictis Locis de Arras et de
Plandeboeu, erit et pertinebit dicta confiscatio —
ad dictum Sindicum vel Religiosum, ut suprà,
legitimè provisum per dictum Abbatem Casædei,
ibi facientem suam mansionem et residentiam
et Servientem in Officio in dicto Loco et monasterio
de Arras. Quod si acciderit quod dictus Religiosus
non posset manere et facere suam mansionem
in dicto Monasterio de Arras propter bella, aut
Pestem, vel alias infirmitates, quæ possent esse
in dicto Loco, tunc illo casu tenebitur dictus —
Dominus de Malavisina dare illi Religioso —
hospitium in dicto Loco de Malavisina. Hoc
facto, ego sicut Patronus Loci, et omnes —
Successores mei, tenebimur Locum, et omnes —
habitatores,

habitatores, et res ejusdem Loci, ubicumque
sint, defendere et salvare pro viribus et bonâ
fide, retento solùmmodò mihi et meis posteris —
Austurem, Esperberium, Espalorum et Senserum.
Actum anno Incarnati verbi 1240. feriâ quintâ
[19. Avril] post Pasca, presentibus et adstantibus
venerabili Patre Domino Grimaldo, Episcopo
Convenarum; et predicto fratre meo Raimundo
Arnaldo, abbate Sancti Victoriani; Augerio,
filio meo, qui dictam donationem ratam habuit
et vivâ voce concessit: Arnardo de Venesco, —
genero meo: Elia-Ramundi, archidiacono de —
Frontinhas: Arnardo-Ramundi, archidiacono
de Nebossano: et Sancio de Fita, archidiacono
de Aram: et Hospite, Canonico Civitatis: —
Guillelmo Ramundi, et alio Guillermo, fratribus,
dictis de Caranotio: Erardo de Bareilha, —
militibus: et Bonohomine d'Ostissano, Capellano
de Lauto, et pluribus aliis. In cujus rei testimonium
venerabilium Patrum dicti Domini Grimaldi,
Episcopi Convenarum, et abbatis Sancti Victoriani,
Sigillorum fecit munimine roborari. Et ego Joannes
de Fita, Notarius auctoritatibus Dominorum de
Capitulo Tolosæ et Imperiali, qui de premissis
requisitus hanc formam sumpsi, et in protocollis
meis redegi, signoque meo autentico, quo utor in
publicis instrumentis, manû meâ propriâ signavi.

N.° 41. S.te Anne. 1240.
Les aires pour les oiseaux de prise, l'epaule et la hure du Gibier. Voiez sous l'an 1272 la concession du seigneur de Montesquieu

Benesio, Sans, Archidiacono, Grimoardi

N.° 42. Privilege de Bernard, Comte d'Armagnac et Ferensac, à l'Abbaie de la Casedieu et au Sarambar. 1242.

~~Page [illegible] quede coute~~ - - - - Universis presentes Litteras
inspecturis, Notum fieri volumus, quod nos. —
Bernardus, Comes Armaniacensis et Ferenciacensis,

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N°. 42. Sarambat. 1242.

graviter vexavimus Grangiam de Serrambato super suis possessionibus: sed posteà saniori consilio ducti confirmamus bonâ fide et in perpetuum approbamus donationem, concessionem, fundationem factam per nobilem virum arnaldum Willelmi de Bivano dictæ Grangiæ et Capellæ de Sarrambato, cum suis possessionibus fratribus monasterii Casæ dei, ordinis Premonstratensis, et specialiter fratri Willelmo-arnaldi de Gelas, Grangerio dictæ Grangiæ, et ejus successoribus in perpetuum, eisdemque Fratribus et Grangerio, donamus et quittamus totum illud jus quod habemus, vel habere debebamus, in dictis possessionibus, ut sine alicujus gravamine idem Grangerius, et ejus successores, teneant semper et possideant; nullum pactum, nullum jus, nobis vel posteritati nostræ, ibidem retinentes. Dedimus insuper dictis Fratribus pro salute animæ nostræ, et parentum nostrorum, per nostros successores, et per nos Padoentiam in tota terra nostra, et absolvimus ab omni Letria et pedagio. Prætereà piâ voluntate dictis Fratribus monasterii memorati et Grangerio, promisimus et dedimus per nos et per omnes successores nostros, quod predictæ Grangiæ nullam à modò inferemus molestiam, nec permittemus ipsam ab aliquo gravari, cum pactis et conditionibus subsequentibus: videlicet, quod abbas dicti monasterii, qui nunc est, et pro tempore fuerit, teneatur providere de uno ex fratribus dicti monasterii dictam Capellam et Grangiam, ut ibi

fiat

N°. 42. Sarambat. 1242.

fiat jugis oratio, et alia omnia observentur, prout in dicta fundatione continetur: et quod dictus frater Willelmus-arnaldi de Gelas, Grangerius, et ejus successores in perpetuum, teneantur pro bono statu nostro, ultrà servitia consueta jamdictæ fundationis, celebrare in dicta Grangia de Sarrambato die martis primâ cujuslibet mensis unam missam de sancta Maria, et simili die post obitum nostrum de requie cum speciali collecta pro salute animæ nostræ et predecessorum nostrorum. Nos verò accipientes 250.ti solidos morlanorum à dicto fratre arnaldo-Willelmi de Gelas, Grangerio, omnia supradicta, sicut superiùs dictum est, per nos et per omnes generis nostri, tam presentes, quam futuros, eidem fratri Willelmo-arnaldi de Gelas et Grangiæ de Sarambato, concessimus benignè et donamus. Hujus rei sunt testes Hugo, Bigorritanus Episcopus, et Ecclesiæ Auxitanæ electus: Ramundus Catulon: Angelinus de Mornio: Ramundus-Willelmi Elion: Bernardus de Fita: frater Willelmus arnaldi de Gelas, Grangerius de Sarrambato: frater Petrus de Monte Squivo, Sindicus monasterii Casæ dei. Factum est hoc in Vigilia Sancti Petri apud Nugarolium, anno Domini 1242. existente Papâ Innocentio IV. Regnante Rege Franciæ Ludovico: Presidente Hugone, Bigorritano Episcopo. Ne autem temerariè aliquis infringere seu irritare valeat omnia superiùs memorata, sed inconcussa et rata semper permaneant, presentem paginam sigilli nostri munimine roboravimus.

L. iij.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N°. 43. Restitution de St Circ & St Sernin & affranchissement de Leude & Peage par le Comte d'Armagnac à l'Abbaÿe de la Casedieu. 1244.

~~[illegible]~~

Universis presentes Litteras inspecturis, — notum fieri volumus, quod nos Bernardus, — Comes Armaniacensis et Fezenciacensis, — graviter vexavimus Domum Casæ Dei et Grangiam de Serrambad super possessionibus — de Sancto Circo et de Sancto Saturnino, sed posteà consilio saniori ducti concessimus bonâ fide et in perpetuum liberè donavimus per nos — et per omnes Successores nostros, ut fratres Casædei et de Serrambad easdem possessiones et omnes alias ubicumque fuerint, donationis, sive pignoris, vel — emptionis nomine acquisitas, et etiam totum jus quod ibi habere debebamus, sine alicujus gravamine teneant semper et possideant, nullum pactum, — nullam conventionem, nobis, vel posteritati nostræ, ibidem retinentes. Dedimus insuper predictis fratribus pro salute animæ nostræ et parentum nostrorum, per nostros Successores == Padoentiam in tota terra nostra, et absolvimus eos ab omni Letria et Pedagio. Preterea piâ voluntate fratribus memoratis — promisimus et dedimus per nos et per Successores nostros, quod predictæ Grangiæ nullam à modo inferemus molestiam == ipsam ab aliquo — aggravari. Volentes hoc in veritate à nobis et à Successoribus nostris semper firmiter observari. — Nos verò accipientes 250.ta solidos morlanorum à Fratribus predictæ Grangiæ de Serrambad, omnia

supradicta,

N°. 43. Casedieu. 1244.

Supradicta, sicut superius dictum est, per nos et omne genus nostrum presens et futurum, — iisdem fratribus concessimus benignè et donavimus. Hujus rei sunt testes Ugo, Bigorritanus Episcopus et Ecclesiæ auxitanæ Electus: Bernardus de Leuca: Augerius de Serra: Ramundus Carrilon: Willelmus Ramundi Teste: frater Willelmus-arnaldi de Gelas, Grangiarius de Serrambad: frater Michaël, Grangiarius hospitalis de Vico, anno Domini 1244. factum est — hoc in Vigilia Sti. Petri apud Nugariolum, existente — Papâ Innocentio IV. regnante Francorum Rege — Lodovico: Presidente Ugone, Bigorritano Episcopo. Ad majorem verò confirmationem, donum istud et omnia superius memorata, ne ausu temerario — infringere aliquis seu irritare valeat, sed inconcussum semper et ratum permaneat, presentem paginam sigilli nostri munimine roboramus.

N°. 44. 1244. environ. il faut au moins 1245.

~~[illegible]~~ Accord passé entre Sans, Abbé de la Casedieu, & Bernard de Nux, au sujet des terres, ~~dans~~ Talasac —

Quoniam qui in presenti == memoriâ dilabuntur, nisi scripturæ testimonio == et futuris, quod cum nimia == inter Religiosos viros fratrem Sancium, Dei gratiâ abbatem, et conventum Casædei, — auxitanæ Diocesis: et Bernardum de Nux == altera, super omnibus ~~terris~~, quæ ad ipsum — pertinebant retrò Esseys, et prato retrò la mote de Nux in territorio de Nux, et quarta parte decimæ Ecclesiæ de Talasag, et culturam quæ est antè — Esseis, quæ vocatur Saucied in predicto territorio, quæ omnia dictis Abbati et Conventui == 415. solidis morlanensis monetæ à Predecessoribus suis titulo —

L. iiij.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N°. 44. Talasac. vers 1244.

pignoris fuerant obligatæ. Tandem post multas et varias altercationes, mediantibus bonis viris, inter ipsos fuit amicabiliter compositum in hunc modum, quod Bernardus de Nux daret et concederet pratum de Nux totum quod est inter dus Esseis Deo et beatæ Mariæ, et fratibus Casædei presentibus et futuris, liberum omni servitio sive francum, et ipsi redderent terras predictas alias liberé et quieté, quod partes, ut scriptum est inferius, concesserunt. In nomine Domini nostri Jesu Christi, Ego Bernardus de Nux dono et concedo, habitâ deliberatione, sine omni gravamine d'Arcius ac servitiis omnibus, volente et consentiente Mausino, avunculo, et heréde meo, pro me et omnibus successoribus meis, in perpetuum, Deo et beatæ Mariæ, et vobis fratri Sancio, abbati et Conventui Casæ Dei, pratum, quod est inter dus Esseis apud Nux, quod vocatur pratum de Nux. Et nos Sancius, abbas, et Conventus, reddimus tibi Bernardo predictam Ecclesiam et decimam de Talasag, et dictas terras, excepto prato superius nominato, liberé et quieté, et dimittimus tibi denarios antedictos. Et ego predictus Bernardus de Nux dono Deo et Beatæ Mariæ, et Sancio, abbati, et fratribus Casædei, pro redemptione animæ meæ, ac parentum meorum, liberam in omni terra mea padoentiam, pro me et successoribus meis, in perpetuum. Et ut ratum ac firmum hoc totum stabilitate perpetuâ permaneret, sæpe nominatus abbas et Conventus mihi 25e. solidos morlanensis monetæ dederunt. Hæc compositio sive donatio facta est in manu venerabilis Patris Arnaldi, divinâ providentiâ Episcopi Tarviensis. Hæc facta sunt in manu Willelmi Cortes, Bajuli de Big. Fidanciæ sive securitates hujus donationis, ut servetur ~~[illegible]~~ inviolabiliter, sunt Dominus

~~[illegible]~~
Engagement

~~[illegible]~~

1244. N°. ~~10.~~ 45. Engagement de Fremenzan par Cerebrun de Gelas à la Casedieu.

Notum sit cunctis, tam presentibus, quam futuris, quod Cerebrunus de Gelas impignoravit Casæ Dei et fratribus Serrambaldi omnem partem terræ suæ quam habebat vel habere debebat à Fremenza pro CC. solidis morlanensis monetæ, tali pacto quicquid emolumenti fratres inde habuerint, totum hoc eis relinquit pro salute animæ suæ: taliter quod de cetero ex quo pignus pretaxatum solvere voluerit, à fratribus predictis predictum emolumentum tanquam usuram non requirat. Fidejussores sunt Guillermus Arnaldi de Birano, Bez de Podenas, Guilhermus Arnaldi de Gelas, Cerebrunus de Gaudos. Testes hujus rei sunt R. de Cion, Barbot Bertran de Leuiiay, frater Arnaldus Guillelmi de Gelas, frater Gualardus de Besaudu, frater F. de Freulu, homines similiter de Fremenza. Factum est hoc anno Domini M°. CC°. XL. IIIJ. feriâ IIIJ.a post Pentecosten. [25. mai.]

N°. 46. Second Engagement par le même. 1251.

Item tempore transacto comparuerunt coram Ramundo Guillelmi d'Arrapassac, canonico auxitano, gerenti vices officialis, Dominus Willelmus-Arnaldi de Gelas, et Petrus de Buharon, canonici ejusdem domûs, et Cerebrunus de Gelas, qui instantissimè ipsos exorabat, ut sibi centum

BIBLIOTHÈQUE COMMUNALE DE TARBES HTES PYRÉES

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

1251. N°. 46. Casedieu. solidos morlanorum super predictis possessionibus
in superiori instrumento contentis modis —
omnibus mutuarent. ad ultimum verò —
precibus ipsius acquiescentes, centum solidos —
morlanorum super prelibatis possessionibus
in superiori instrumento jam expressis, scilicet
super illam partem terrarum, tam cultarum,
quam incultarum, quam habebat, vel habere
debebat à Fremenzan, tali pacto quod quicquid
emolumenti fratres Casæ Dei, vel Serrembaldi,
inde haberent, totum eis relinquid pietatis —
intuitu, et pro salute animæ suæ, parentum
que suorum, ita scilicet quod si forte supradictus
Cenebrunus, vel Successores sui, supradictas —
possessiones solvere voluerint, predictum —
emolumentum à fratribus supradictis nequeant
repetere nomine usurarum, nec fructus in —
sortem valeant computari. fidejussores tam —
primi pignoris, quam secundi, sunt isti, Willelmus
arnaldi de Biran, Bedr de Podenas, Willelmus
arnaldi de Gelas, Cenebrunus de Gaudos. —
et ad majorem firmitatem supradictus —
Cenebrunus de Gelas, tactis sacrosanctis —
Evangeliis corporaliter, firmavit, asserens et
promittens, quod per se, nec per alium, supradictos
fratres super sepè dictum pignus minimè —
molestaret, nec permitteret molestari, imò contrà
contradictores et rebelles, si forte aliqui orirentur,
ipsos

ipsos bonâ fide pro posse suo defenderet et
juvaret. acta sunt ista in claustro sanctæ — 1251. N°. 46. Casedieu.
mariæ auxitanæ, vj. idus octobris sub —
presentia et testimonio Domini R. Prioris —
auxitani, et Ramundi Willelmi Darrapassae,
Canonici gerentis vices officialis, et Johannis de
Sancto Symone, archidiaconi Pardiniacensis,
qui ad preces utrarumque partium presens —
instrumentum sigillorum suorum munimine
roboraverunt, et Petri de Paxis, Canonici Fageti,
et Bruni, publici scriptoris comitatûs —
astaracensis, et Ramundus Willelmi —
Darrapassae, Canonici auxitani, qui ab utraque
parte rogatus presentem cartam scripsit, anno
Domini m°. cc°. l°. primo, Domino Ispano, —
auxitano archiepiscopo existente, Domino —
Symone montisfortis, vices Domini Esquivati
de Cabanes, Comitis Bigorritani, in Comitatu
Fezenciaci et Armaniaci gerente, Domino —
Sancio de Badplan, abbate Casæ Dei existente,
fratre Vitali, Grangerio Serrembaldi.

~~[illegible]~~ — N°. 46. Vente faite par Arnaud de Baulat à l'Abbäie de la Casedieu de la combe de Lavarcher. 1251.

Notum sit presentibus et futuris, quod Arnaldus de
Baulato, Dominus de Cotencs, pro se et successione —
sua, dedit et vendidit pro lx^a. et iij. solidis morlanorum
Sancio, abbati, et fratribus Casædei, Combam, quæ
est à Lavarcher, quæ = ad molendinum usque ad
terram Guillelmi de Gascoïe. Quod donum seu —

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N°. 47.
Calsedieu.
1251.

venditionem Willelmus de Podenaas = et
Successoribus suis, concesserunt simul et confirmaverunt.
Dedit etiam idem Arnaldus = tendit propè —
vineam, et vadit versus Sorberium, et descendit per
mediam combam, quam = Dominus de Portuno,
Ramundus de Cotenes, pro se et successoribus suis,
dederunt pariter et absolverunt. Testes sunt =
Ramundus-Willelmi, abbas Combælongæ, Al. —
Prior Casædei, Willelmus de Podenaas, Theobaldus
de Petrucia, = duno, Vitalis, Subprior. Factum est
hoc in claustro Fratrum Laycorum, feriâ quartâ,
primâ die mensis Martii, anno domini 1251. ad
majorem autem confirmationem hujus rei, nos —
Willelmus de Podanaas, Teobaldus de Petrucia, =
Cartulæ sigilla nostra duximus apponenda.

N°. 48.
Exemtion de Leude par le comte d'Astarac à l'Abbaïe de la Casedieu.
1252.

~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ - - - -

Noverint universi presentes pariter et futuri,
quod nos Bernardus, Dei gratiâ Comes Astariaci,
pro salute animæ meæ, et parentum meorum, tam
predecessorum, quam Successorum, dono et Confirmo
Sancio, abbati, et fratribus Sanctæ Mariæ Casædei,
Ordinis Premonstratensis, Auxis Diocesis, dono —
scilicet liberam emptionem et venditionem rerum
suarum in tota terra nostra in perpetuum, et —
absolvo illos et res eorum in eundo et redeundo —
ab omni pedagio. Hujus rei sunt testes N'Amanevus
de Logortan, miles: et Bezianus de Blazert, —
Bernardus de la Bartera, Bajulus dictæ terræ:
et Geraldus de Prians Somacip. Datum in Castro
de montecassino, sub anno Domini 1252. in cujus
testimonium sigillum nostrum presentibus duximus
apponendum.

~~[illegible]~~
Restitution

N°. 49.
Restitution par Thibaud de Peyrusse à l'Abbaïe de la Casedieu, & confirmation des dons de ses predecesseurs.
1256.

~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ - - - -

In Dei nomine. Notum sit omnibus presentibus
et futuris, quod ego Theobaldus = de
Petrucia; cùm essem gravi detentus infirmitate,
non coactus = ab aliquo, sed spontaneâ —
voluntate et sensu integro = divino compunctus
timore, et reminiscens multorum malorum et
dampnorum = et multipliciter vexaveram —
monasterium Casædei, videlicet bona dicti monasterii
diripiendo, animalia depredando, temptando —
donationes revocare, quas Predecessores mei dicto
monasterio Casædei fecerant in terris, pascuis, —
= aquis, = ego dictus Theobaldus dono Domino
Deo, et beatæ Mariæ, et tibi Sanctio, abbati et —
Conventui Casædei, ordinis Premonstratensis, —
auxitanæ Diocesis, presenti et futuro, pro —
redemptione animæ meæ et parentum meorum,
Predecessorum et Successorum, et refectione —
dampnorum, de assensu et voluntate Dominæ
Tigborg, uxoris meæ, liberam in perpetuum —
padoentiam et expleitam in terris omnibus, quas
habeo vel habere debeo, scilicet herbas, folia, —
glandes, aquas, pascua ad pascenda animalia
et pecora monasterii memorati per me, vel per
heredes meos, aut successores meos, animalia —
sive pecora monasterii Casædei propter animalia
supervenientia propria vel extranea, à me, vel
= predecessoribus meis, intromissa vel collocata,
aut hominum meorum, per me, vel per heredes —
meos aut successores à dictis pascuis non expellantur, ligna

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N°. 49. Caledieu. 1256.

et lapides ad usus et opus domorum et molendinorum, et usumfructum ad opus, et utilitates, et — necessitates monasterii memorati. Quam — padoentiam = usumfructum Dominus Fortanerius de Petrucia, pater Dominae Matilionis, matris meae, pro redemptione animae suae, et parentum suorum, monasterio sepè dicto, et conventui — ejus, contulerat, sicut in scripto Casaedei super — hoc confecto plenius continetur. Item, dono tibi, Sancio, abbati, et conventui presenti et futuro monasterii memorati in perpetuum, villam quandam deu Cau integrè cum Ecclesia, quae ibi sita est, cum decima ejusdem Ecclesiae, et alodio, et terris cultis et incultis, pascuis, rivis et nemoribus, et cum omnibus juribus, pertinentiis, ~~et~~ terminis suis, nullo michi jure, conditione, vel pacto, — posteris meis, sive heredibus ac successoribus — retentis. Quam villam Domina Matilio, mater mea, me presente et approbante, et Domino — Bernardo de Troncen, fatre meo, volente, pro redemptione animae suae, antè jam dederat — monasterio et fratribus Casaedei, ut in quodam instrumento super hoc confecto apud Casamdei continetur. Item, confirmo, laudo et approbo, per me, et successores, et heredes meos, tibi Sancio, abbati, ~~et~~ conventui monasterii Casaedei, = donum casalium de C- - -ob, cum alodio, terris cultis et incultis, et omnibus juribus, et pertinentiis, — ac terminis suis, cum hominibus et mulieribus natis et nascituris ad dicta casalia pertinentibus. Quod donum Dominus Bernardus de Troncen, Pater meus, monasterio

monasterio Casaedei fecerat, dederat et — N°. 49.
infranquaverat pro redemptione animae suae Caledieu.
Domino Deo, et Beatae Mariae, et abbati, et — 1256.
fratribus monasterii Casaedei sepè fatis: et ut — predicta omnia rata et illibata = perpetuâ stabilitate permaneant, ego dictus Theobaldus renuncio per me, et per omnes successores et — heredes meos, omni juri divino et humano, scripto vel non scripto, legi, consuetudini particulari vel generali, quae me, vel heredes sive successores meos, ad infringendas dictas donationes juvare modo — aliquo possint vel debeant, promittens me sub — obtestatione divini sive extremi judicii omnia — premissa servaturum. Testes hujus rei sunt, — Joannes, abbas de Petrucia: Forto, capellanus = Guillelmus de Bodenasio: Starnius Jordani: — Petrus [Bcicig] de Mauro; Guillelmus-Bernardi — deu Serr. Ut autem predictae donationes, confirmationes et infranquitiones ratae et illibatae in perpetuum perseverent, hanc presentem cartam sive — instrumentum sigilli mei munimine roboravi, — Lodovico, Rege Francorum regnante: Domino — Yspano in Ecclesia Auxitana Presidente: Domino Bernardo Armaniacense et Fezenciacense dominium obtinente. Actum est hoc solempniter in aula de Petrucia, mense decembri, die = anno Domini 1256.

~~[illegible]~~ N°. 50.
~~[illegible]~~ - - - - - - Pretendue confirmation du Seigneur de Biran au Sarambat. 1265.

In nomine Domini. Notum sit omnibus presentem paginam inspecturis, quod ego Guillelmus-Arnaldi

N°. 50. Sarambat 1265. de Birano et de Ordano, non coactus, nec deceptus ab aliquo, sed bono animo, ac spontaneâ voluntate, reminiscens multorum malorum, quæ sæpè et multipliciter domui et fratribus deu Serrambat-Grangiæ Casædei intulerant, auferendo et diripiendo eis bona sua, videlicet novem vaccas valentes 200. solidos morlanorum, et unum bovem valentem triginta solidos morlanorum, et alia damna ad valorem 200. solidorum morlanorum: in recompensatione et emenda predictorum, dono, concedo, laudo et confirmo Domino Deo, et Beatæ Mariæ, et tibi Sanctio, abbati, et monasterio et fratribus Casædei et de Serrambad, ordinis Premonstratensis, presentibus et futuris, pro me et successoribus meis in perpetuum duo casalia Sti. Michaëlis et de la Bessole, cum ... et omnibus juribus et pertinentiis suis, et terris cultis et incultis, ut fratres Casædei et de Serrambad predicta casalia habeant, et teneant, et possideant absque calumpnia alicujus generis mei, pacificè et quietè, que predicta domus de Sarrambad tenebat in pignore pro 335. solidis morlanorum. Insuper dono, concedo, laudo, confirmo et approbo monasterio et Fratribus Casædei predictis et domui de Sarrambat liberam padoentiam in perpetuum per totam terram meam, quam habeo vel habere debeo, scilicet ligna ad omnes usus necessaria, aquas, herbas, folia, frondes, glandes et omnes fructus silvestrium arborum. Quam padoentiam Dominus Arnaldus de Birano, Pater meus, ~~[Prior monasterii]~~, dederat fratribus deu Serrambad in

in recompensatione seu emenda sex vaccarum valentium 180. solidos morlanorum, quas violenter et injustè abstulerat de domo deu Serrambad, et aliorum plurium dampnorum, quæ sepè intulerat fratribus deu Serrambad supradictis. Propterea laudo, concedo, approbo et confirmo in perpetuum donum quod Dominus Arnaldus de Birano, Pater meus, fecerat de certis vedatis ad se pertinentibus cultis et incultis fratribus et monasterio Casædei tradens seipsum in fratrem cum predicta terra Domino Ramundo-Guillelmi, abbati, et fratribus Casædei sepè tactis, quam terram domus deu Serrambad tenebat in pignore pro 200. solidis morlanorum. Item ego dictus Guillelmus Arnaldi de Birano absolvo, gurpio et infranco abbati et fratribus Casædei et de Serrambad, presentibus et futuris, pro me et successoribus meis in perpetuum, quamdam demandam quam injustè petebam et predecessores mei eodem modo injuste petierant; et quod unum bovem debebam fratribus de Serrambad tenere semper in aratro meo, quod sicut injustè petebam, ita justè et benignè, pro me et successoribus meis, confirmo fratribus Casædei et de Serrambad et absolvo in signum quod Dominus Arnaldus de Birano, Pater meus, predictam demandam violenter et injustè faciebat ponendo unum bovem deu Serrambat in aratro suo, in extremis positus recognoscens

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N°. 50. Sarambat. 1265.

se graviter peccasse, predictam petitionem absolvit, et bovem, quem in aratro suo violenter et injuste detinebat, fratribus de Serrambad reddi fecit, et de injusta impetitione sive delatione veniam petiit ab eis, et accepit. hæc omnia ego Guillelmus arnaldi de Birano, sicut superius sunt expressa, et melius possum intelligi sive interpretari ad profectum et utilitatem monasterii casædei et domus de Serrambad, dono abbati, et fratribus casædei presentibus et futuris, et concedo, laudo et approbo in perpetuum et confirmo, pro me et successoribus meis, cum omni incremento et melioramento, quod in predictis donationibus seu concessionibus, est, vel esse poterit, ullo jure vel pacto, nichil successoribus meis ibi retento: renuncians, pro me et successoribus meis, omni juri divino et humano, scripto vel non scripto, legi, consuetudini particulari vel generali, quod me, vel successores meos, ad infringendam sive revocandam predictam donationem sive concessionem aliquo modo juvare poterat vel debebat: et de hoc obligo me et omnem successionem meam, et promitto me bonâ fide semper dictis monasterio et fratribus casædei de evictione teneri. Testes hujus rei sunt Geraldus de arbeissano, Carbonellus d'arriguapeu; matthæus de la Roque: Petrus de sancta Matre, Capellanus de Birano; Petrus massolri, Bajulus de Birano: et frater michaël,

N°. 50. Sarambat. 1265.

michaël, Prior casædei; et frater Garsias de Munio: frater Bernardus de Callauet: frater Guillelmus de Mayrabat: frater Vitalis Sabaterius. actum est hoc apud castrum de Birano, in Vigilia beati Joannis Baptistæ, anno Domini 1257. in cujus rei testimonium et confirmationem, presentem paginam sigilli mei munimine feci roborari.

~~[illegible]~~

~~[illegible]~~

N°. 51. Donation de l'Eglise & du Lieu de Tabaua à l'Abbaïe de la Casedieu par Guillaume de Sedelac. 1265.

In nomine Sanctæ Trinitatis. Notum sit omnibus presentibus et futuris, quod ego Guillelmus de Sedelac, miles, non deceptus, neque coactus ab aliquo, sed spontaneâ voluntate, sensu integro ac bonâ memoriâ ac validâ salute, divino compunctus timore, et reminiscens meorum peccatorum, dono, confirmo, laudo et approbo, per me et successores meos, et omnes heredes meos, Deo et Beatæ Mariæ, et tibi Raimundo Guillelmi, abbati, et conventui monasterii Casædei, ordinis Premonstratensis, auxitanæ Diocesis, presenti et futuro, pro redemptione animæ meæ, et parentum meorum, Predecessorum et Successorum, totam Ecclesiam de Tabautz integré cum decima ejusdem Ecclesiæ, et cum omnibus juribus et pertinentiis suis in perpetuum. Dono etiam totam villam de Tabautz, cum alodio, et terris cultis et incultis,

No. 51. Tabaux. 1265.

et omnibus juribus, et pertinentiis, et — terminis suis, et cum hominibus et mulieribus natis et nascituris ad dictam villam — pertinentibus, nullo michi jure, condicione, vel questâ, pacto, posteris meis, sive heredibus aut successoribus retentis. Quam villam et quam Ecclesiam Forto de Baurenes, cum filio suo — Fortonet volente et concedente, pro redemptione animæ suæ, et parentum suorum, antè jam dederat monasterio et fratribus casædei — memoratis, sicut in instrumento super hoc — confecto apud Casam Dei plenius continetur. Et, ut predicta donatio rata, et illibata, et — inconcussa perpetuâ stabilitate permaneat à dictis fratribus in perpetuum possidenda, ego dictus Guillelmus de Sedelag accepi mille solidos morlanenses à fratribus casædei, et renuntio per me, et per omnes successores et heredes meos, omni juri divino et humano, scripto vel non scripto, legi, consuetudini — particulari vel generali, quæ me, vel — heredes sive successores meos ad infringendam dictam donationem juvare modo aliquo — possint vel debeant: Promittens sub obtestatione divini sive exttemi judicii prefatam — donationem in omnibus servaturum. Ut — autem donatio rata et illibata perseveret, hanc presentem cartam sive instrumentum feci sigillari cum sigillo Domini Geraldi, — Comitis armaniaci et Fezensiaci munimine roborari

No. 51. Tabaux. 1265.

roborari, in festo Sti. Gervasi | Juin | apud Vicum, anno Domini 1265. Amanevo, archiepiscopo Auxitano: Testes hujus rei sunt Arnaldus-Bernardi Armaniaci: — Ramundus-Emerici de montesquivo: — Ramundus de Cion: Petrus de Baulat: — Bernardus de Sivrag: Bernardus — d'arigapeu: Guillelmus d'Esparbez: frater Ramundus Boat, Grangiarius deu Sarambad. frater Johannes, Capellanus ospitalis de — Vico: frater Vitalis Sabaterii.

Sentence arbitrale entre les Abbés de St. Justin et de la Casedieu pour la dixme dans Juillac. 1267. No. 52.

In nomine Domini nostri Jesu christi. Anno Domini 1267, notum sit, quod cum controversia esset inter Religiosos viros abbates et — Conventus Casædei et Sancti Justini, super Decima decimarii et territorii Ecclesiæ Sancti Nicolai de Julhag Sardiacensis, et quod abbas et conventus St. Justini petebant decimam ratione suæ Ecclesiæ jam dictæ ab abbate et fratribus Casædei sibi dari. Ex opposito dicti abbas et conventus Casæ Dei dixerunt se tutos esse super eo, ostendentes Privilegium Apostolicæ Sedis, per quod dicebant et — ostendebant eis indultum, quod non tenerentur dare decimas de laboribus suis, quos propriis manibus et sumptibus excolunt, et sic esse tutos à petitione et vexatione supradicta. Adhæc

M. iij.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

~~Mer.~~ St Justin l'Casedieu. 1267. No. 52.

Pars adversa respondebat, quod licet — Premonstratensibus esset privilegium concessum jam dictum, fuit tamen impetratum ante — Concilium generale, et sic nunquam fuerunt usi in Decimario predicto, imò fuerunt abusi semper usque ad annum presentem: unde se tueri non poterant in aliquo, nec defendi. Ad quod pars altera respondendo negavit totum, litem contestando. Et post receptionem testium, et multas allegationes et rationes propositas et dictas coram religioso viro Philippo, Priore Maliburgueti, arbitro sive arbitratore super hoc à Partibus constituto, idem Prior, de — consensu Partium expresso et voluntate — spontanea, pronunciavit, quod abbas et — Fratres Casædei dent decimas de terris acquisitis post Concilium generale abbati et fratribus Sancti Justini integrè et sine diminutione: de aliis, quod dent de grosso blado duodecimam partem loco decimæ, et de milio tertiam decimam, et hoc in visione et conspectu nuncii abbatis et Conventûs St. Justini, qui nuncius reperiatur apud Julhag in Decimario jam dicto. Acta Sunt hæc et concessa à Partibus eodem anno Supradicto. Et nos Ramundus-Willelmi de — Romano, publicus notarius Maliburgueti, hæc omnia scripsimus de mandato omnium — predictorum ═ signum nostrum in perpetuum ad servandum insuper et majorem firmitatem, data

datæ fuerunt firmaturæ à Partibus; pro parte abbatis et conventûs Casædei, — Willelmus Ducos, Burgensis Maliburgueti, et Joannes, archidiaconus de Arripesia — Ecclesiæ Tarviensis: et pro parte abbatis et conventûs St. Justini, arnaldus-Willelmi de — Bordes, Miles, Petrus de la Lana, Burgensis Maliburgueti. Testes ad hoc vocati et rogati, — Ramundus-arnaldi, Sacrista Maliburgueti, Willelmus de Soubainhag, Sancius de Cucujor, Monachi Maliburgueti, Bartolomæus de Cunejor. No. ~~16.~~ 52. St. Justin & casedieu 1267.

~~[illegible]~~ ---- No. ~~19.~~ 53. Donation de Senjori à la casedieu. 1267.

═ omnibus presentes litteras inspecturis, Salutem in eo qui est omnium vera Salus. Notum vobis facimus, quod arnaldus-Willelmi, Dominus d'Arricort ═ dedit et concessit — liberaliter et benignè, pro salute animæ suæ, et parentum suorum, Predecessorum et Successorum, Deo et beatæ Mariæ, et venerabili fratri Arnaldo, abbati Casædei, et fratribus — ejusdem Loci, presentibus et futuris, Premonstratensis ordinis, auxitanæ Diœcesis, totam terram de Sent-Jori cultam et incultam, cum omnibus — juribus et pertinentiis suis, quas ibi habet, vel habere debet, nullo sibi jure retento, vel posteris suis, in parte, vel in toto in predicta Terra. Quæ

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

No. ~~[illegible]~~ 53. Senjori. 1267. terra sita est inter terram de Pojoos, ex una parte: et terram de Caumont, ex altera. Tali conditione, quod predicti abbas, et fratres, et eorum Successores, faciant de predicta terra suam propriam voluntatem, excolendo eam, vel vendendo, vel etiam impignorando, vel pascendo sua animalia, vel utendo eâ sicut aliis suis rebus propriis in presenti, vel in futuro. Et ut hoec Donatio roboris obtineat firmitatem predictus arnaldus-Willelmi d'arricorb renunciavit omni juris auxilio, canonico et civili, et omnibus exceptionibus quae predictis abbati et fratribus possent in hoc facto nocere, et sibi et suis posteris juvare in presenti, vel etiam in futuro. Verum si aliquis de parentela dicti arnaldi-Willelmi d'arricorb post ejus obitum, vel eo vivente, vellet infringere, vel etiam revocare in toto, vel in parte, predictam donationem, et predicti abbas, et fratres, non possent eam retinere de jure, idem arnaldus-Willelmi d'arricorb dedit in dicta terra ducentos solidos morlanorum in helemosina dictis abbati et fratribus dictae domus, et quod tamdiu eam teneant et possideant predictam terram, donec eis de dictis ducentis solidis esset plenarie satisfactum: et pro remuneratione istius donationis dederint dicti abbas et frater dicto Domino arnaldo-Willelmi d'arricorb quinquaginta solidos morlanorum; et ad preces et instantiam ejusdem

ejusdem arnaldi-Willelmi d'arricorb, nos antedictus arnaldus-Willelmi de Montelugduno, comes Pardiaci, presentes litteras sigillavimus sigillo nostro proprio, quas arnaldus Willelmi contulit memoratis abbati et fratribus in testimonium premissorum. Et ut hoec donatio non posit à predicto arnaldo-Willelmi d'arricorb, vel ab aliquo sui generis, infirmari seu annullari, dedit jam dictus arnaldus-Willelmi memoratus, ac posuit nos prelibatum arnaldum-Willelmi Montislugduni, comitem Pardiniacensem, et Bernardum de Pausadee, et Beguee de Lamatas, milites, defensores et amparatores saepè dictis abbati et fratribus, et eorum successoribus, super predictis omnibus quae sunt superius superscripta. Datum et actum apud Montlezun in plena curia infrà Ecclesiam dicti Loci coram altare sanctoe Mariae, in festo beati Antonii, (17. Janvier) anno Domini 1267. No. ~~[illegible]~~ 53. Senjori. 1267.

~~[illegible] Clarmont etait [illegible]~~
~~avec Galard de Gresino [illegible]~~
~~Bernard [illegible], qui consentirent.~~

No. ~~[illegible]~~ 54. Donation de Clarmont de Pardaillan à la Grange de Vic Fezensac. 1268.

Noverint universi presentes litteras inspecturi, quod nos Domina Clarmons, filia unica et heres legitima nobilis viri Bernardi, Domini quondam de Pardelhano, cum consensu et voluntate Galardi de Gresiaco, mariti nostri, et Bernardi, et Odonis, filiorum nostrorum, pro nobis, et eisdem, et aliis filiis ac filiabus nostris natis et nascituris, ac aliis nostris

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N°. ~~12~~. 54 Successoribus universis, quittamus et absolvimus
Vic-Fez. jus feodi, census, servitutes, aubergada,
1268. ut vulgariter loquar, hospitalitatem, et —
omnia jura ac debita sporla, sive aliàs quomodo
libet censeantur, quæ habemus, vel habere
debemus de facto, et de consuetudine, vel de
jure in terram dictam Thalassium, et in —
omnibus quæ Dominus Armannus de Vielota,
miles, habebat, vel habere debebat in ipsa terra
et terminis, scilicet à Pleno fosso usque ad —
foramen Boau, et exinde usque ad Montem
margaritum, et ex eodem monte usque ad —
flumen Baysiæ, cum omni honore, districtu,
jurisdictione, pertinentiis universis, venerabili
fratri Arnaldo, abbati Dei gratiâ Casædei, et
fratribus ejusdem loci, et successoribus eorumdem,
et inde missis fratribus Hospitalis de Vico-Fecenciaci,
Premonstratensis Ordinis, Diocesis Auxitanæ, in
venditione pro ducentis solidis morlanorum,
quos nos recognoscimus recepisse in pecunia —
numerata: et si majoris valoris, vel estimationis,
hæc fuerint ullomodo, et pro salute animæ meæ,
et parentum meorum, faciendo donationem
inter vivos, ea nichilominus dictis fratribus plené
ac liberé duximus concedenda. Et iidem fratres
tenentur ob hoc in Ecclesia vel oratorio Sanctæ
Mariæ dicto Hospitali de Vico, quandiu eis placuerit,
tenere accensam unam lampadem, ut est moris
alias lampades accensas pro tempore ibi esse:
et hoc dictis abbati et fratribus tradimus et —
concedimus

concedimus ad habendum, tenendum, — N°. ~~18~~. 54.
possidendum, et quidquid eis deinceps perpetuo Vic-Fez.
placuerit faciendum, cum omnibus et singulis 1268.
quæ infrà predictos fines vel terminos continentur,
vel alios, si qui forent, et cum omnibus et singulis
quæ habet suprà se integré, et cum sepibus, et
revallibus et fossatis spectantibus ad eandem, —
omnique jure, actione, et accessione, usu seu —
requisitione, servitute, commodo, utilitate, si-
ibi et ea re, vel pro ea re, ad ipsam rem aliquo
modo pertinente de jure vel de facto. Promittimus
itaque bonâ fide, et sine vi, dolo et metu —
firmamus proprio juramento quod contrà —
premissa, vel aliquid premissorum ~~aliquid~~, in toto, vel
in parte, per nos, vel per alios, nullo unquam —
tempore aliquatenus veniemus, obligantes nos et
successores nostros, et omnia bona nostra, sub
pena prestiti juramenti, videlicet nos Clarmons,
Galhardus, Bernardus et Odo, filii supradicti, —
memoratis abbati et fratribus premissa omnia
et singula attendere et servare, et ipsum abbatem
et fratres predictos ab omni homine, universitate
et collegio, Ecclesia et persona defensare, totaliter
exhonerare, defendere, auctorisare, garentire
ac in solidum disbricare. Renunciantes expressé
et scienter Velliano Senatûs consulto, et novis
constitutionibus, quod metûs causâ et fraudis, ac —
doli mali exceptionibus, et omni juris, et facti, et
consuetudinis auxilio nobis competentibus et —
competituris aliquatenus in hac parte: In quarum

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N°. 54. Vic Fez. 1268. rerum testimonium Reverendissimus in Christo Pater Dominus Amanevus, Archiepiscopus auxitanus, et Dominus Geraldus, illustris Comes armaniacii ac Fezenciaci, premissa omnia et singula suis auctoritatibus confirmantes; et nos prefata Clarmonta et dictus Galardus, maritus noster, hoc unà nobiscum agens et consentiens, pro nobis, et nostris liberis, et successoribus universis, sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum apud Vicum-Fezenciaci, in festo Sancti Barnaboe, Apostoli, |11. Juin| anno Domini m°. cc°. ~~L x~~ octavo. |1268.|

Testament de Matelio de Peyrusse. 1270. N°. 55. La Sapie.

Page 216. N°. 19. Dame Matilio de Peirusse n'oublia pas l'Abbaïe de la Casedieu dans le Testament qu'elle fit le 14. Mai 1270.

Notum sit omnibus, tam presentibus, quam futuris, quod in presentia testium subscriptorum, et mei Ramundi-Guillelmi de Romano, publici notarii villoe Maliburgeti, Domina Matelio de Petrucia, suo bono sensu, et memoriâ, et discretione suum condidit Testamentum seu ultimam voluntatem in hoc verba. In primis Dominam Tigborg, Sororem suam, heredem sibi instituit, voluit = sua ad eam reverterentur et restituerentur, prout in instrumento Testamenti Patris sui Domini Teugbaldi expressè ac plenius continetur. Et post hoc elegit sibi sepulturam in monasterio Casoedei, et pro salute = super dicta terra retinuit sibi 525. solidos morlanorum, de quibus 525. solidis morlanorum legavit seu reliquid monasterio Casoedei, ubi suam elegerat sepulturam, ducentos solidos morlanorum. Item

N°. 55. Peyrusse. 1270.

Item Ecclesioe Sti. Mameti = Item Domui dei de Broil, 50. solidos. Item fratribus Minoribus de Nogarolio, 10. solidos. Item fratribus minoribus de Condomio, 10. solidos. Item fratribus minoribus Auxis, 10. solidos. Item Predicatoribus de Condomio = Hospitali de Montesquivo, 10. solidos. Item Sancto Frizio de Garaco, 10. solidos. Item Hospitali Sti. antonii de Montelugduno, 10. Solidos. Item luminaribus Sacristoe Casoedei, 10. solidos. Item operi ejusdem loci, 10. solidos. Item Capellano de = Item ornamentis Ecclesioe de Petrucia, 5. solidos morlanos. Item Confratrioe deus ferro, 10. solidos. Item Confratrioe Leprosorum de Petrucia, 5. solidos. Item Ecclesioe Sti. Joannis de Caaron, 7. solidos. Item Ecclesia Sti. Saturnini de Monteferrando = Ecclesioe de Julhag, 2. solidos. Item Ecclesioe de Tordu, 2. solidos. Item Ecclesioe d'olidges, 2. solidos. Item Ecclesioe de Serviis, ij. solidos. Item Ecclesioe de Martella, 2. solidos. Item Ecclesioe d'arricau, 2. solidos. Item Ecclesioe de Petrucia = de Broloifs, 2. solidos. Item Ecclesioe d'Ettieus, 2. solidos. Item Ecclesioe de Lodoix, 2. solidos. Item Ecclesioe deus ferris, 2. solidos. Item Ecclesioe de Gadato, 2. solidos. Item Ecclesioe de Cotanes, 2. solidos. Item dedit et legavit Monasterio Casoe Dei quicquid habebat et habere debebat ratione dicti castri de Julhag in Terra de Sapia. Item concessit, et quantum in ipsa erat, confirmavit donationem quam Dominus Arnaldus de Casquil, miles, dedit et concessit pro redemptione animoe suoe monasterio = in dominio et terra d'Agaas, quoe dictus Arnaldus in dicto Loco habebat, prout in scriptis seu instrumentis donationis factoe Monasterio Casoe dei super dicta donatione

N°. 55. Peyrusse. 1270.

facta plenius continetur. Item dicta Domina Matelio voluit et mandavit et concessit — Domino Guillelmo-Ramundi de Doareto, marito suo carissimo, quod ipse omnes expensas quas fecit pro ipsa, vel pro terra sua, nomine ipsius, abstrahat et habeat de dicta terra sua: et quod dictis expensis credatur dicto Domino Guillelmo-Ramundi suo verbo simplici, sine testibus et juramento, et de aliis debitis, quæ in instrumentis autenticis inde factis plenius continetur, habeat eodem modo de predicta terra antequam ipsam restituat, ut est dictum: quæ, inquam, instrumenta predicta == inter ipsam et dictum maritum — suum, corroboravit expressé et etiam confirmavit in isto suo ultimo testamento. Item legavit et ordinavit super dicta terra sua Domino Guillelmo-Ramundi de Doareto, marito suo, mille solidos morlanorum, ratione == voluit ipsum lucrum et habere ex parte et ex amicitia speciali. — Item dixit, et voluit, et etiam pronunciavit, quantum in ipsa erat, confirmavit testamentum ultimum, quod Dominus Teugbaldus de Pettucia, Pater suus, condidit in sua ultima == perpetui roboris firmitatem. Item legavit et reliquid Dominæ Tigborg, matri suæ, 500. solidos — morlanorum super terra sua. Item legavit — Dominæ Assaut, amittæ suæ, centum solidos morlanorum, de quibus possit facere voluntatem suam in suo obitu == de Dullago, quam tenet ad vitam suam, concessione Patris sui. Item legavit et donavit super terra sua Raimundo

N°. 55. Peyrusse. 1270.

Ramundo d'Esparros centum solidos morlanos. Item Teugbaldo, fratri suo, centum solidos. Item Alamanæ, Domicellæ suæ, trecentos — solidos. Item Agneti, Domicellæ suæ, centum. — Item Ramundo-Arnaldi de Doareto, 50.ta solidos morlanos. Item Fedaco, 30. solidos — morlanos. Item Maurino deus Ferts, 30.ta solidos. Item Arnaldo-Guillelmi de Setta, 20. solidos — morlanos. Item Garsiæ, 20. solidos. Item — Guioto, 20. solidos morlanos. == juvenculæ, decem solidos. Item fratri Arnaldo-Guillelmi, — 30. solidos morlanorum. Item instituit Domina Matelio, et fecit suos spondarios seu executores sui testamenti seu testamentarios Raimondum = de Levitica, avunculum suum: Dominum — Guillelmum-Raimundi de Doareto, maritum suum: Dominum Guillelmum de Podenaas: Dominum Guillelmum deus Ferts, milites, et Religiosum virum et discretum Dominum Ab == monasterii Casædei, conciliatorem sui testamenti. Hæc omnia supradicta dixit, voluit et rogavit dictos Dominos executores seu spondarios, et conciliatorem, ut faciant universa et singula attendi et co == de bonis terræ suæ, atque de ipsa terra firmiter ac inviolabiliter — observari. Item absolvit, quitavit et reddidit, — quantum in ipsa erat Domino Petro de Pettucia illud pignus quod Pater suus contraxit cum Domino — Guillelmo de Podenaas, Patre ejusdem Petri de Pettucia, super portione quam habebat in castro de Pettucia, et de Olidges, et de Monteferrando, et de Sevis, pro exoneratione animæ Patris sui, et successorum ejusdem,

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

~~Nerg.~~ Peyrusse 1270. Nº. 55. — se debere quibusdam creditoribus quos nominavit in suo testamento usque ad 50.ª solidos morlanorum. Item dixit et ordinavit, quod precium cujusdam bovis, quem familia sua abstulit Capellano de Seniis, reddatur eidem secundum juris exigentiam, omni occasione remotâ. Item dixit, voluit, et mandavit, quod suum testamentum valeat ut solempne testamentum, vel ut codicillum, vel ut ultima voluntas, vel ut = valere poterit et debebit. Testes vocati et rogati ad hoc sunt Dominus arnaldus, abbas casædei, in cujus manu facit testamentum: Dominus oddo, abbas S.ti

olim Mameti de Pettucia: Bernardus de = centilles de Franten: Petrus de Pettucia: Guillelmus Raimundi deus ferri, miles et executor hujus Testamenti: Vitalis de Seviaco, Domicellus: frater Raimundus Guillelmi, Prior Casædei: frater Ramundus, Sacrista Casædei: frater arnaldus Guillelmi de Torduna: frater Ramundus dela Gos: Magister Petrus de Peironil, Canonicus Adurensis: Guillelmus de Cotenis, Capellanus dela Devese: Raimundus, Capellanus d'Aiges: = de Civrag, Domicellus: Bernardus de Boloix: arnaldus de Margot: augerius deus ferr: Barravus, justiciarius de Pettucia: arnaldus de Sonraa: Vitalis Tapie: Guillelmus arnaldi delo = de crotes: arnaldus Guillelmi Dendorte: Raimundus fabber: Vitalis de Geinhan: Garsias de Baritaut: Guillelmus Garsias de Tartas, Justiciarius de Garads: Garsias deu Trosoo: Petrus = Garsias deu Castera: Grillo Diego: Raimundus de Monteferrando; (Comes de Monteferrando:) et Domina Tiborg de Levitica, mater sua: Domina Assaut de Pettucia: et ego predictus notarius = cartam scripsi et signum meum apposui. actum fuit hoc in Villa de Caaron, secundo Idus [14] madii, anno Domini 1270.

Page 218. Nº. 20.

So 1270. Nº. ~~55~~. 56. Attestation du comte de Pardiac que Dodocius de Sarriac avoit accordé le pacage dans ses terres à la Casedieu.

Sarriac

~~... de Sarriac et Arnaud, son frere, paroient extrêmement ... au préjudice~~ ....

Universis presentes litteras inspecturis, Arnaldus Guilhelmi de Monteluduno, Dei gratiâ Comes Pardiniacensis, Salutem in Domino. Noveritis quod cum Dodocius de Sariac, et arnaldus, frater ejus, Domicelli, abbatem et conventum monasterii Casedei in grangia dicta Feugar et locis aliis, impugnatione et vexatione multiplici molestaverint, dicentes casalia, scilicet ceras et Boialo, et plura alia, in territorio dicto Damies, Diocesis auxitanæ, jure Dominii spectare ad eos pleno jure, et dicti abbas et conventus possiderent in ipsis padoentiam et usum in pascuis ad animalia, et homines in terris, herbis et arboribus, glandibus et fructibus universis, et aliis omnibus et singulis necessitati aut utilitati eisdem competentibus in premissis. Tandem dicti Domicelli pro se, et augerio, et Peregrino, et Bere, fratribus suis, et Prior dicti monasterii pro abbate et conventu predictis, in nostra presentia constituti, compositione amicabili concorditer composuerunt, et dictus Prior pro vexatione redimenda dictis Domicellis dedit —

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

1270. N°. 56. casedieu.

xxxvj. solidos morlanorum, et ipsi —
Domicelli, prose et Augerio, et Peregrino,
et Odere, fratribus — et singulis de genere suo, et —
suis heredibus et successoribus universis,
recognoverunt dictos Abbatem et conventum
habere de jure et possidere — et usum in
predictis casalibus et aliis omnibus et —
singulis, quae ipsi habent, vel habere debent
in territorio Damies supradicto, super terris,
herbis, arboribus, glandibus et fructibus —
universis, et fontibus, rivis et rivalibus, —
viis et semitis, et itineribus, et ingressionibus,
et egressionibus, et omnibus et singulis —
necessitatibus aut utilitati eorum —
competentibus aliquatenus in premissis: et
hoc ratum et gratum habentes, voluerunt
et concesserunt, quod dicti Abbas et conventus
per se, vel per alios in territorio supradicto,
haberent padoenciam, pascua, et omnem
usum hominibus et animalibus competentem,
et premissa omni tempore omnia reciperent
et haberent, et plené ac liberé possiderent:
et si quid eis in jure vel possessione deesset,
vel defuisset aliquatenus in hac parte, ex
concessione hujusmodi, id haberent et —
plenius ac perfectius possiderent. In cujus —
rei testimonium nos prefatus Comes sigillum
nostrum

nostrum presentibus duximus apponendum. 1270. N°. 56. casedieu.
Testes hujus rei sunt de curia nostra —
Bernardus de Causaderio, et Bieg de —
Samatan, milites, et Bertrandus de Insula,
et Arnaldus-Guillermi de Liniol, et Arnaldus
de Lethen, ~~[illegible]~~ et Ferrando, Durati, et —
Bertrandus de Nicholau, et alii quam plures
de Monte Lucduno, et dictus Prior cum —
pluribus de canonicis casae Dei. Datum —
apud montem Lucdunum Lardiniacensem,
die Lunae [22. Septembris] post festum beati
Mathei, apostoli et Evangelistae, anno Domini
m°. cc°. lxx°.

1272. N°. 57. Pretenduë fondation du Sarambat.

~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ ----

In Dei nomine Amen. Noverint universi et
singuli presentes pariter et futuri hoc presens
publicum instrumentum fundationis semper
valiturum visuri, lecturi seu etiam audituri,
quod existens et personaliter constitutus apud
villam Vici Ferenciaci et intus castrum illustris
Principis Domini Geraldi, Comitis Ferenciaci et
Armaniaci, anno et die infrascriptis, in mei —
notarii publici et testium infrascriptorum presentia,
videlicet inclitus et potens vir Dominus Geraldus,
Dei gratiâ Comes Ferenciaci et Armaniaci, non
inductus, prout ibidem dixit, ad infrascripta facienda,
nec aliquo modo deceptus, sed gratis et ex ejus —

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Sarambat. 1272. N°. 57.

certa scientia et spontanea voluntate, per se,
suos que heredes et successores quoscumque,
dedit, et fundavit, et transportavit purâ, —
verâ, simplici et irrevocabili fundatione juxtà
usus et consuetudines Fezenciaci, Et prumeramen
, loudit Seignou Comte per l'augmentation deu
, servici de Diu e de l'orde de St. Norbert de Premontré,
, da e funda à james la salle deu Sarrambat
, dab la Gleyse bastide au nom de Nostre Dame,
, dab tous lous bes en dependens situats au heit
, de Vic, Parroquie de Tabaux, e heit de Biran,
, e dab justicie audit heit de Tabaux dinquie à
, seixante cinq sotos mourtas. Item lou molii de
, Sen Johan porge, dab lous dreti e fius de la salle
, de Billere assis audict Sen Johan porge. Item
, lou molii d'arian, dab lous prati e patus assis au
, heit de Vic. E lou tous ab sas apertenenses e —
, legitimes confrontatiôs, e lou tous noble, en —
, favou deudit ordu, e à la charge e condisiôô
, que lou Seignou reverend Paire Arnaud
, abat deu Conbent de la Casadiu, à las susdites —
, Causes presens e assistens d'ab lous Reverends Paires
, Religious Estienne Loubat, Priou de la Casadiu, —
, Sans de Montesquiu, Sindic de la Casadiu, e Ramond
, Lane, Religios deudict La Casadiu, stipulens e —
, acceptens, per etz e lors successors à l'abengue,
, lous bêes ci dessus constituats e fundats, prometen
, e s'oubliguen per edz e lors successors à l'abengue
, audict Conbent de la Casadiu, prumeramen
, loudit Seignou abat promet de rende homatge
, audict

Cet acte est supposé St. Norbert n'ayant été canonisé que plusieurs siècles après sa datte.

descoubia

Supposé!

N°. 57. Sarambat. 1272.

, audict Seignou Comte, e à sos successors à
, l'abengue, deus susdits bêes fundats e —
, especificats; e de l'avis e consentiment deus
, dicts Estienne Loubat, Priou, Sans de Montesquiu,
, Sendic, e Ramond Lanne, Religios deudict la
, Casadiu, loudict Lanne, Religios, prumet e —
, s'obligue de resida Grangé audict Sarrambat,
, ey dise misse tous lous journs deus Dimenges, e
, autes festes que loudict orde de St. Norbert de
, Premontré a acostumat de celebra; e de plus
, dise touts lous dibés, à la reserve deu jour deu
, Dibes Sant riüe misse de requie aprez lou —
, decedz deudict Seignou Comte, peu salut de —
, son ame, e de sous successours à l'abengue e à
, james: e à la charge que loudict servici sera
, heit perpetualmen audict Sarrambat, sense
, que pousque esta heit audict la Casadiu, ne
, en autes locs qu'audict Sarrambat; e per —
, l'entretien deudict Serbici, luminari, despense
, e habits deudict Lanne, Grangé, loudict Seignou
, Comte lou da e constituë lous bees ci dessus —
, fundats et seu mes liquide audict Lanne coma
, Grangé deudict Sarrambat cinquante sacs de
, Blat, sieix Pipes de bii, mesure deudict Vic ferensac,
, e cinquante livres d'argent annualmen —
, paguables audict Grangé, e à sous successors,
, outre la residense, lotgemen, jardii e —
, Cauharge que prenera audict Sarrambat, e lou
, restant deu rebengut, aprez que lodict Grangé

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

~~[illegible]~~ „Sera pagat, sera retitat peudit abat dela
Sarambat. „Casadiu, e soos successors, e emplequat au—
1272. „servissi de Diu e entretien deudit Conbent, Item
N°. 57. „lou cas abenent aprez lou deceds deudica—
„Lanne, o autes Grangés à l'abengue, que s.
„lodict seignou abat, ò soos successors, nou haran
„hé à l'abengue loudit servissi en la forme—
„susdite, loudict seignou Comte, coma fundadour
„susdit, da facultat e podér à un clerc tonsurat
„d'impettra ladite Grange en cort de Rome, e de y
„hé hé lou susdict serbissi per ~~[illegible]~~ un
„Vicari aproat que sie deu seignou arcebesque
„d'aux: loquoau clerc joira deu rebengut de
„laditte Grange incontinent aprez qu'aura en.
„vestit delas pervisions de Rome pres possessioo,
„e à la charge que loudit clerc se rendra capable
„de hé lodict servissi, prenera la raube blanque,
„e hara professio de fe deudict orde, peu mes
„tard quatorse ans aprez la possessio de lasdites
„pervissions de Rome. Si an lousdits seignou—
„Comte, abat, Priou e sendic dela Casadiu, e
„loudict Lanne, Religios et Grangé susdict, jurat
„lou tout ci dessus entretengue, e nou y contrebengue,
„à l'obligatio de lors bees, saber loudict seignou
„Comte, tant lous fundats, que lou restam de soos
„bees propis, e lodicts abat, Priou, Sindic e Lanne,
„Religios e Grangé susdicts, tant lousdits beés ci—
„dessus fundats, que lou reste deus béés deudict—
„Combent dela Casadiu. La susdicte fondatio s'es
„heite dequens la castet deudit Vic apartenent
„audict

„audict seignou Comte, lou dotze de— N°. ~~[illegible]~~ 57.
„Juillet 1272. regnant Reverendissime— Sarambat.
„amaneu, arcebesque d'aux, e loudict— 1272.
„seignou Geraud, per la grace de Diu Comte
„de Fezensac et armagnac. Testimonis—
„Bertrant de Brugem, Senescau de Fezensac
„e armagnac: Pierre Baulat, Bayle deudit
„Vic-Fezensac, e Bertrand d'averonde, Bourgiés,
„de Vic, e jou Anné Paulin, notari comun—
„deudict Vic Fezensac, e de la bolontat e—
„consentiment de toutes partides ai escriut
„lou present instrument de fondatio, e
„redijat en la susdite forme publique, e y
„hé aposat mon signet douquoau comunament
„jou signi.

~~[illegible]~~ N°. 58.
~~[illegible]~~— Accord sur
~~[illegible]~~ — — — — — le legat fait
à la Casedieu
dans Moncla
par Raimond
Tarroc.
1272.

Notum sit cunctis presentibus et futuris, quod cum Ramundus Tarroc de Monteclaro, non coactus, nec seductus aliquâ parte ab aliquo, sed suâ spontaneâ voluntate inductus, in ultimo testamento suo in pura et vera helemosina, pro redemptione animae suae, et parentum suorum — et dimisisset Deo et Sanctae Mariae et domui Casae Dei, et fratri arnaldo, abbati et— conventui presenti et futuro ejusdem domus,

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N° 38. Casedieu. 1272.

medietatem totius terræ de Feudis
in territorio Ecclesiæ S^t. Michaëlis de
Monteclaro : Tandem cum contentio sive
causa orta esset inter predictam domum
Casædei, ex una parte : et
Geraldum de Marrenes, ex altera : super
predicta donatione supradictæ terræ
Feudorum, amicis intervenientibus,
supradictæ Partes amicabiliter ad
invicem composuerunt inter se, et
convenerunt tali videlicet modo, quod
de tribus solidis morlanorum, quos
predicta terra de feudis facit, feudum
habeat deinceps predicta domus Casædei
duodecim denarios morlanorum pro
sua parte liberos et quitos annuatim
in festo omnium Sanctorum : quos
duodecim denarios supradictos
voluit, concessit, et laudavit et
approbavit predictus Dominus Geraldus
de Marrenes, pro se et pro omnibus suis,
supradictæ domui Casædei, et omnibus
habitatoribus presentibus et futuris
ejusdem domus, ut faciant deinceps
Johannes de Biragi, et sui heredes, pro
supradicta terra Feudorum pro sua
parte

N° 38. Casedieu. 1272.

parte liberos et quitos annuatim in
festo supradicto, et quod recognoscant
supra dictam domum
Casædei tanquam Dominam, et
habitatores ejusdem domus tanquam
Dominos hujus predicti feudi et veros
possessores. Item si forte fivetarius
deficeret in supradicta terra deus
prædicta Domus Casæ dei
et habitatores ejusdem domus, debent
tenere, habere et possidere predictam
medietatem totius terræ deus Fius in
perpetuum tanquam ~~propriam~~ suam
propriam ; quæ predicta terra est
inter duas publicas vias, quæ exeunt
à Monteclaro, ex una parte, et
Ossam, ex altera, et Ecclesiam Sancti
Michaëlis de Monteclaro, ex altera.
Renuncians suprà dictus Dominus
Geraldus, pro se, et pro omnibus
suis, juri canonico et civili, et terræ
et Curiæ consuetudini, et etiam
~~totius~~ causæ ignorantiæ, et omnibus
aliis competentibus vel
competituris, et Privilegio militari

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N°. 58. Casedieu. 1272. per quod posset se juvare. Actum fuit hoc decimo septimo Kalendas Septembris |16. Août|, apud anno Domini 1272. regnante Philippo, Francorum Rege, et Domino Bernardo, Astariaci Comite, et Domino Amanevo, archiepiscopo Auxitano. Hujus rei sunt testes Dominus Raimundus Aymerici de Montesquivo, Bernardus de Panassaco, et Garsias de Cortada, milites; et magister Michaël de Semis, Canonicus Tarviensis: et Vitalis fite: et frater Ramundus-Willelmi Grangiarius de Layos: et frater Sancius de Montesquivo, Procurator Casæ dei: et frater Garsias de Marrenx: et frater Sancius Prior Casæ dei: et ego Brunus scriptor, publicus Notarius Astariaci, qui hoc vidi et audivi, et de mandato et voluntate utrarumque partium hanc cartam scripsi et signavi in testimonium premissorum.

Notum

N°. 59. Confirmation de Raimond-Emeric de Montesquiou, en faveur de la Casedieu. 1272.

Notum sit quod Dominus Ramundus Aimerici de Montesquivo, ratum habuit et confirmavit, pro se et suis, abbati et conventui Casæ Dei, et eorum successoribus, quicquid Domus Casæ Dei tenet, tenuit, possidet seu possedit, in facto seu territorio de Sause culto et inculto, cum casalibus, juribus et pertinentiis suis; et in facto seu territorio de Piis culto et inculto, cum casalibus, juribus et pertinentiis suis: et in terris omnibus cultis et incultis, quos ipsa domus tenet seu possidet de honore vocato las Cometas, usque ad quercum de Pede Port, et de Rivo vocato Lired usque ad Rivum vocatum Olle, sive habeat domus ipsa possessionem in predictis ex donatione generis dicti Domini Raymundi Aimerici, vel vassallorum suorum, vel aliorum quorumlibet, vel ex quocumque titulo sive causa domus ipsa predicta possideat, habitis super hoc instrumentis validis, sive juribus validis, vel nullis instrumentis seu scriptulis habitis de premissis: et si forsan dicta possessio Casædei est ex causis aliquibus defectiva, sive dominium in terris sive honoribus supradictis, Dominus Raymundus Aymerici subplevit defectum illum, et dedit perpetuo pro se et suis, quatenus tangit dominium suum domui Casædei, sine juris tamen prejudicio alicui, ita videlicet, quod domus predicta possit premissas terras et honores vendere, infeudare, obligare et alienare

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N°. ~~60~~ Caledieu. N°. 59. 1272.

apud quemcumque voluerint, exceptis —
Comite Fezenciaci et archiepiscopo auxitano,
et recipere fructus, obventiones, agreria et
redditus omnium predictorum, sicut posset —
quilibet Dominus rei facere. Dominus etiam
arnaldus de Sancto Loberio, abbas Casœdei, —
concessit, pro se et Conventu Casœdei, et Successoribus
suis, dicto Raymundo aymerici, et generi suo,
in predictis terris et honoribus ~~[illegible]~~ ayros de ——
austurconibus et ancipitribus; item judicium —
sanguinis, leges et incorrementa ob hoc de
omnibus hominibus, exceptis Donatis et fratribus
Casœ Dei; item espallat et cervet de venatione,
exceptâ venatione Casœ Dei et Grangiarum
suarum: Item moleram Casalis de Sancto —
Johanne pertinentis ad honorem de Piis; ita —
videlicet, quod homines qui molas inde habuerint,
eas habeant per manum dicti Raymundi —
aymerici, et sua sit pecunia quam inde haberi
contigerit, exceptis molis domûs Casœdei et —
Grangiarum suarum, magnis vel brassalibus,
quas domus ipsa ad usum suum habere —
voluerit, et minutis molis quas in extrahendo
majores contigerit ibi levari: quas minutas
molas sive brassales domus ipsa possit vendere
ad paguandum magistris pro extractûs sui —
factura molarum, et suas molas quitas habere,
et quod cessante sive non operante dictâ —
molerâ, domus Casœ Dei possit colere et tradere
ad colendum terram dictæ molerœ, ut nunc
est, vel etiâ in posterum: et cum molera —
operabitur, terram aliam ibidem sine impedimento
et

N°. ~~60~~. 59. Caledieu. 1272.

et contradictione alicujus libeat. Item concessit
pascuam pro hominibus terræ, ut moris est,
et etiam alienis, propociis omnibus, Capris et —
vacuis, dum tamen intra dictos honores sive —
terras cabana minimè construatur. Predicta —
omnia, prout superius sunt expressa, promiserunt
per stipulationem dictæ partes sibi ad invicem
tenere, servare firmiter et complere, et in —
contrarium ~~[illegible]~~ per se seu personam interpositam
non venire: Renunciantes omni auxilio et —
beneficio juris et consuetudinis cujuscumque.
Testes hujus rei sunt En bresque, miles: frater
Sancius de ~~[illegible]~~ Massoos, Prior Hospitalis
Montis esquivi: frater Bernardus den Sales: —
frater vitalis de marcelano, presbiter: frater —
Guillelmus d'antillan: Fortius de Lescoot: frater
Guillelmus de Lescot: Raymundus deu mons Larroy,
Bajulus montis esquivi: Bernardus Pralere:
Petrus de Cridoo: magister Johannes de ——
Condomio: frater Raymundus Guillelmi, Prior
Casœ Dei: frater arnaldus Guillelmi de Torduno,
Canonicus Casœ Dei: frater Geraldus, Grangiarius
de Marrengs: arnaldus de Torduno: et ego —
Seguinus de thogeto, publicus auxis notarius, —
qui presentem cartam scripsi. Datum apud —
Hospitale montis esquivi, Dominica ante festum
beati Michaëlis yemalis [25. Septembre] anno
Domini m°. cc°. lxx°. secundo: Dominante amanevo,
archiepiscopo auxitano; Geraldo, Comite ——
Fezenciaci et armaniaci.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N°. 60. 1266. [illegible]

[illegible]

[illegible]

Vente de la terre de Courties à l'Abbaïe de la Casedieu.

In nomine Domini. Notum sit presentibus et futuris, quod ego Bernardus de Panasac, tertius Dominus in Villa Sancti christofori, in bona memoria, sensu integro et valida salute, non deceptus, neque coactus ab aliquo, sed — divino compunctus timore, et reminiscens — multorum malorum et damnorum, quæ sepissimi et in pluribus feci illicitè monasterio casædei et Grangiis suis, dono et vendo Deo et beatæ et habitatoribus presentibus et futuris casædei, ordinis Premonstratensis, auxitanæ diocesis, pro redemptione animæ meæ, et parentum meorum predecessorum et Successorum, et pro restitutione dictorum malorum, de assensu et voluntate Dominæ Iohannæ, uxoris meæ, et Bernardi, et Geraldæ, — filiorum meorum, totam terram cultam et incultam, et totum jus quod habeo vel — habere debeo in Terra de Cortiva, et in Ecclesia ejusdem loci, pro uno equo et — decem solidis morlanorum; Quam terram dicti fratres Casædei primo habebant in — pignore pro sexcentis solidis morlanorum et viginti denariis, sicut in scriptis suis — plenius continetur: Nullo michi jure, conditione vel pacto, aut posteris meis heredibus, sive — Successoribus,

Successoribus, retentis. Et ut predicta donatio et venditio rata, illibata et inconcussa perpetuâ stabilitate permaneat, ego dictus Bernardus de Panasac renuncio per me et per omnes Successores et heredes meos, omni juri divino et humano, scripto vel non scripto, legi et consuetudini generali vel — particulari, et quæ me, vel heredes sive Successores meos, ad infringendam dictam donationem sive venditionem juvare modo aliquo possint vel debeant. Promittens me sub obsevatione divini sive externi judicii omnia premissa servaturum. Ut autem — hæc donatio et venditio firmitatem perpetuam — veritatis obtineat, presentem cartam sive — instrumentum sigilli mei munimine roboravi. — Testes sunt Arnaldus-Willelmi de Tordu, ——— de Biere, [illegible] Ispanus de Cortiva: frater ———, Provisor. frater L. de Sancto Sevio, canonici casædei. Anno Domini M°. C°. ——— Kalendas mayi, Lodovico, Rege Francorum regnante: Amanevo de Armaniaco, in Ecclesia Auxitanâ Presidente, Geraldo in comitatu armaniaci et Fezensac Dominium obtinente: actum est hoc in Ecclesia St. christofori ante altare ———

N°. 60. 1266. Courties.

1266.

[illegible]

[illegible]

[illegible]...

N°. 61. Seconde vente de Courties. 1264.

In nomine Domini. Notum sit presentibus et — futuris, quod ego Petrus de Panasac ——— in bona memoria, sensu integro et valida salute, non — deceptus, neque coactus ab aliquo, sed divino compunctus

Courties. 1264. N°. 61.

timore, et reminiscens multorum malorum et
dampnorum que sepissime et in pluribus feci
illicite monasterio Casædei et Grangiis suis,
dono et vendo Deo, et Beatæ Mariæ, et habitatoribus
presentibus et futuris Casæ dei, ordinis Premonstratensis,
Auxitanæ Diocesis, pro redemptione animæ meæ
et parentum meorum, Predecessorum et Successorum,
et pro restitutione dictorum malorum, de assensu
et voluntate Dominæ ═ modæ, uxoris meæ, et
Gualardi, et Geraldæ, et aliorum infantum meorum
et Odonis de Arbessano, Generi mei, totam terram
cultam et incultam, et totum jus quod habeo vel
habere debeo, in terra de Cortiva, cum Ecclesia et
decima, et omnibus pertinentiis dictæ terræ, pro
quam terram dicti fratres Casædei primò habebant
in pignore pro 625. solidis morlanorum, sicut
in scriptis suis plenius continetur, nullo michi jure,
conditione, vel pacto, aut posteris meis, heredibus,
sive successoribus, retentis. Et dicti fratres indulgentes
in dampna, quæ jam eis intuli in suis bonis, me et
uxorem meam, ═ unum de genere meo filium
in testimonio hujus donationis recipere in fratrem
concesserunt. Et ut predicta donatio et venditio rata,
illibata et inconcussa perpetua stabilitate permaneat,
ego Petrus de Pana, ac renuntio per me et per omnes
successores et heredes meos, omni juri divino et
humano, scripto vel non scripto, Legi, consuetudini
generali vel particulari, quo me, vel heredes, sive
successores meos, ad infringendam dictam donationem
et

N°. 61. Courties. 1264.

et venditionem juvare modo aliquo possint
vel debeant. Promittens me sub obtestatione
divini sive extremi judicii omnia premissa
servaturum. Ut autem hæc donatio et venditio
rata et illibata perpetuo perseveret, hanc presentem
cartam sive instrumentum feci sigilli Domini
Arnaldi-Willelmi de Montelugduno, Comitis
Pardiniacensis, munimine roborari, anno Domini
M°. CC°. LX°IIIJ°. mense Februarii, sexto Idus [8.] —
ejusdem mensis, Lodovico, Rege Francorum
regnante; Amanevo de Armaniaco, in Ecclesia
Auxitana presidente: Geraldo, in comitatu
Armaniaci et Fezenciaci dominium obtinente.
Actum est hoc in Ecclesia de Montelugduno, in
presentia Domini Arnaldi-Willelmi, comitis
Pardiniaci. Testes sunt Bernardus de Monteacuto:
Willelmus-Arnaldi deus Barrads: Bernardus de
Pausadee: Bege de Samataa: Bernardus deu
Nicholau: Guiraut de Na Casterana: En Ferrando:
Guiraut de Reu, Capellanus.

N°. 62. Troisieme Vente de Courties. 1274.

~~[illegible]~~

In Christi nomine. Notum sit cunctis presentem
cartam inspecturis, quod Dominus Willelmus Bernardi
de Panassaco, miles, de assensu et voluntate Dominæ
Na Condoris, uxoris suæ, et filiorum et filiarum
suarum, videlicet de Na Lodenon et Yspaniæ,
aliis filiis et filiabus, videlicet Na Agnes, et Na
Assarida, et Willelmo-Bernardi, in minori ætate

~~N°. 6~~.
Courties.
1274.
N°. 62.

existentibus, et aliorum parentum et amicorum suorum, qui ad hoc erant vocandi, scienter et consulté pro se, et pro omnibus suis, spontaneâ et gratuitâ voluntate vendidit liberè et titulo perfectæ venditionis tradidit et concessit Domino fratri arnaldo, abbati casæ Dei, et conventui presenti et futuro ejusdem loci, totam suam partem ~~pro~~ indiviso totius alodii et territorii Cortiæ, et Ecclesiæ S^ti. Petri ejusdem Loci, et cum hoc instrumento in possessionem et tenezonem misit et induxit eundem Dominum abbatem et conventum suprà dictum de tota sua parte totius supradicti alodii et territorii Cortiæ, et Ecclesiæ Sancti Petri ejusdem Loci. Quod territorium de Cortia est in Pardiaco inter Costam de Costa capo, ex una parte versùs orientem: et inter terram Podii et Quercûs, ex parte altera versùs occidentem: et ex alia parte inter Rivum qui vocatur Liis versùs meridiem: et ex parte septentrionis sicut extendit versùs Serram de Pardieges, cum omnibus juribus, et terris, et pertinentiis suis, quæ et quos infrà terminos {antenominatos / supradictos} et in Ecclesia supradicta habebat seu habere debebat, videlicet homines et mulieres, si essent ibi, terras cultas et incultas, Pettas et saxa, Boscos et Bartas, vineas, Casalia, prata et pascua, herbagia virida et sicca, arbores fructificantes et non fructificantes, apes, volucres, venationes, clamores, dominationes, leges, census, servitia, aggraria, decimas, oblationes, loca molendinorum,

Si

si essent ibi, aquas, rivos, piscarias, et omnia alia jura, cujuscumque modi sint, introitus et exitus, vias et invias, semitas, stratas, poma, pira, nuces, castaneas, glandes, faiam, et omnia alia genera fructuum, cujuscumque modi sint, quæ predictus Dominus Willelmus-Bernardi habebat, seu habere debebat in suprà dicto territorio Cortiæ et in Ecclesia supradicta de abisso usque ad Cœlum, et hoc sub precio 358. solidorum morlanorum. Et si predictum territorium de Cortia venditum, et etiam nominatum, cum supra dicta Ecclesia, et cum pertinentiis et juribus suis, sicut superius est expressum, plus valebat, seu valuerit ultrà supraditos 358. solidos morlanorum, totum illud quidquid sit, predictus Dominus Willelmus Bernardi scienter et consulté, pro se, et omnibus suis, dedit et concessit Deo et sanctæ Mariæ, et domui Casæ Dei, et Conventui presenti et futuro ejusdem domûs, donatione et cessione purâ et irrevocabili inter vivos factâ et in perpetuum ~~faciendo~~ firmiter valiturâ pro tota voluntate sua et suorum successorum indè in perpetuum facienda, et hoc sine aliqua retentione, conditione seu exceptione, quam in predictis omnibus et singulis non fecit, nec retinuit modo aliquo, nec servavit. Renuncians insuper predictus Dominus Willelmus-Bernardi, pro se,

N°. ~~66~~. 62.
Courties.
1274.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N°. ~~26~~. 62. Courties. 1274.

et pro omnibus suis, omni exceptioni non numeratæ pecuniæ, vel non acceptæ, et pretii non habiti et non soluti, et omnibus aliis juribus, exceptionibus et defensionibus, cum quibus contrà predicta, vel contrà aliquid predictorum, se posset aliquatenus se deffendere modo aliquo, vel tueri. Item renunciavit prædictam venditionem Legi Juliæ, quæ inhibet fundum dotalem alienari, et omnibus aliis juribus, exceptionibus et defensionibus, cum quibus contrà predicta, vel adversus aliquod predictorum, in judicio, vel extrà judicium, se posset juvare, defendere, modo aliquo, vel tueri. Nam ita predictus Dominus Willelmus-Bernardi, pro se et pro omnibus suis, hæc omnia, quæ predicta sunt, universa et singula facere, tenere et non contravenire verbo, opere, neque perse, nec per aliam personam, suprà sancta Dei Evangelia juravit. Item jure jurando dixit predictus Dominus Willelmus-Bernardi, et affirmavit, quod totam supradictam terram Cortiæ cum suprà dicta Ecclesia, ipse et sui Predecessores habuerant, tenuerant et posséderant liberam à Deo, et non ab aliquo alio Domino vivente usque ad hanc diem. Item quando Dominus Willelmus-Bernardi suprà dictus vendidit supra-

N°. ~~26~~. 62. Courties. 1274.

supradictæ Domui Casæ Dei suprà dictam Terram Cortiæ, intererant Dominus Bernardus de Panasaco, et Dominus Petrus de Panasaco. Item predictus Dominus Willelmus-Bernardi de Panasaco, pro se et pro omnibus suis, mandavit, promisit et convenit suprà dicto Domino Fratri Arnaldo, Abbati, et Conventui presenti et futuro Casædei, facere et portare bonam, firmam et legitimam guirentiam de omnibus adversantibus, qui in supradicta parte sua venditæ predictæ Domui Casæ Dei infestarent seu impedirent. actum fuit hoc Nonas (5.) Septembris, apud Castrum de Arroëda, (apud Arroedam) anno Verbi Incarnati 1274. Regnante Philippo, Francorum Rege; et Domino Bernardo, Astariaci Comite: et Domino Amanevo, Auxitano Archiepiscopo. Hujus rei sunt Testes frater Ramundus-Willelmi de Caaro, Grangiarius de Barcs: et frater Sancius de Montesquivo, Procurator Casædei: et frater Petrus de Maloleona, Sacerdos: et Arnaldus de Big, Sacerdos: et Willelmus-Bernardi de Panasaco, Domicellus: et Vitalis de Monteleone:

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

~~Nº 62.~~ Courties. Nº 62. 1274. et Willelmus de Peyred, et plures alii. —
Item alio die 8º. Idus | 6. | Septembris,
eodem mense et anno, apud Bonum —
fontem supràdicta Ispania, Domicella,
filia supradicti Domini Willelmi-Bernardi,
non coacta, non seducta aliquâ parte
ab aliquo, sed suâ propriâ voluntate —
inducta, pro se et pro omnibus suis, —
scienter et consultè, concessit et quitavit
supradictae Domui Casaedei supradictam
venditionem supra dicti alodii seu —
territorii Cortiae. Renuncians scienter et
consultè omni juri Canonico vel civili,
et terrae et Curiae consuetudini, et —
Privilegio militari, et omnibus aliis —
auxiliis competentibus vel competituris. —
assensûs istius sunt testes Dominus —
Ausburgus de Bonofonte: et Ramundus-
arnaldi, frater ejus: | et arnaldus Sered,
frater eorum spurius |: et odo de Guerra:
et Willelmus-Arnaldi de Na Prosina: et
Bernardus Doque: et ego Brunus Scriptor,
publicus Notarius Astariaci, qui omnia
supradicta vidi et audivi, et de assensu et
voluntate utrarumque partium, hanc —
Cartam scripsi et signavi in testimonium —
~~[illegible]~~

premissorum.

~~Nº 62.~~ premissorum. ——

~~Nº 63.~~ ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ . . .
, ~~[illegible]~~ —
, ~~[illegible]~~
, ~~[illegible]~~

Donation en faveur de ——
, ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~, Coutenx. 1306. Nº. 63.
l'Abbaïe de la Casedieu, par Auger de Baulat
& Geraude de Coutenx, mariés, ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ d'un fonds au Bopé en Coutenx.

NOverint universi, quod cùm contrastus
seu controversia esset inter Reverendum
Patrem in christo .... et Conventum monasterii
Casae Dei, ex parte una, et Augerium de Baulato,
ex alia; super quadam quantitate terrae, quae est
in Bartha de Boez circà lou Boez au fond deu
Boupé; in qua terra dictus Augerius se dicebat —
habere jus ratione Geraldae, uxoris suae, et
proprietatem in dicta terra, tandem dictus Au-
gerius et Geralda, ejus uxor, et Guillelmus, et
Ramundus, et Condor, et Lombarda; filii dicto-
rum Augerii et Geraldae, non coacti, nec decepti,
dederunt, concesserunt, cesserunt, ac etiam in per-
petuum dereliquerunt, amore Dei et intuitu pie-
tatis, pro animabus suis et parentum suorum,
donatione purâ, simplici et irrevocabili inter vivos
factâ monasterio Casae Dei, ordinis Premons-
tratensis, Diocesis Auxitanae, et Fratri Fortio-
Garciae de Sancto Ayito, Priori monasterii pre-
dicti, et Fratri Ramundo-Guillelmi de Cesseraco, —
Procuratori dicti Monasterii, presenti et recipienti
pro dicto monasterio totum jus, actionem et ratio-
nem, quod et quas habent vel habere possunt

BIBLIOTHÈQUE COMMUNALE DE TARBES
© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Coutenx. 1306. N°. 63.

et debent in toto illo territorio deu Boupé; promiserunt etiam dicti donatores dicto monasterio conventui de dicta terra portare bonam et firmam guirentiam de contra dictoribus quibuscumque; et de possessione se ipsos divestierunt, dictum monasterium et conventum investiverunt cum hoc presenti publico instrumento in perpetuum valituro; renunciantes .... actum fuit hoc apud Cotenx, nonâ die exitus Julii, anno Domini mº. ccc°. vjº. regnante Philippo, Francorum Rege, et amanevo, archiepiscopo auxitano. Hujus rei testes sunt fortanerius de Lanafrancon, Bernardus de Cotenx, fortis de S.t Pé; et magister Guillelmus de Basilho, notarius publicus de Bello marquesio quondam, qui requisitus cartam istam recepit, et in suo registro registravit; sed quia morte preventus eum in formam publicam redigere non potuit, ego Petrus de falgariis, clericus, juratus et substitutus magistri Bernardi de Semezaquo, notarii publici de Bellomarquesio .... abstraxi, et in hanc formam publicam redegi, veritatis substantiâ in aliquo non mutatâ.

Evêques de Tarbe. N°. 64. adressé à l'Evêque d'Eli et à l'Archidiacre de Nort-Wick.

Bref d'Innocent III. au sujet du Deport ou Vacant des Cures.

Cùm venissent ad apostolicam sedem Archidiaconus Richemundiæ, et Procuratores Eboracensis archiepiscopi, ex parte archiepiscopi fuit propositum, quod institutio personarum et custodia Ecclesiarum vacantium, ad eum in diocesi sua spectat, tam de jurisdictione communi, quam de consuetudine generali. Verùm quidam predecessores ipsius quibusdam Archidiaconis Richemundiæ, tam institutionem, quam custodiam, personaliter commiserunt, eas sibi aliorum tempore retinentes, ut liberè, sicut spectabat ad eos, utentes eisdem. Itaque archiepiscopus, qui Eboracensi Ecclesiæ modò præest, Willermus de Chivilly, quondam archidiaconus Richemundiæ, illas ad preces inclitæ recordationis R. Regis anglorum, de gratiâ speciali

N°. 64. Evêques de Tarbe.

speciali concessit, et eo in Episcopum postelecto, sibi retinuit tanquam suas. ad hoc autem Archidiaconus Richemundiæ respondit, quod cùm inclitæ recordationis primus H. Rex angliæ, apud Carleolum sedem Episcopalem vellet de novo creari, quia ex hoc archidiaconatus Richemundiæ lædebatur, Rex ipse à bonæ memoriæ T. archiepiscopo Eboracensi, humiliter postulavit, ut in recompensationem cujusdam partis, quæ subtrahebatur, archidiaconatui memorato, ei predictas concederet dignitates: Archiepiscopus autem annuit dignitates precibus postulantis. Inter alia verò archidiaconus ille ita respondit, dicens; quod archiepiscopus, tam institutiones, quam custodias, non personaliter archidiacono, qui tunc erat, sed perpetuò de consensu Capituli, archidiaconatui reali concessione donavit; cùm autem archidiaconatus ipse, in continua possessione, tam istarum, quam aliarum libertatum multorum archiepiscoporum et archidiaconorum temporibus extitisset, et archiepiscopus sine conditione qualibet concessisset ipsum eidem per concessionem, asseruit, quod ipsum concesserat; institutionibus et custodiis vacantium Ecclesiarum exceptis. Ipse verò timens ne si negaret expressè, cùm nondùm esset archidiaconatûs possessionem adeptus, vel impediretur penitùs factum ejus, vel diutiùs differretur, respondit quod non solùm de illo, sed de omnibus suis redditibus faceret sibi quod placeret. Super hoc autem pars replicavit adversa, quod si renunciatio vel abjuratio archidiaconatûs non noceret, pro hoc tamen esset archidiacono repetendi facultas adempta: sed archidiconus libertates illas se non repetere dicebat, cùm eis liberè, sicut priùs, quando iter arripuit veniendi ad sedem apostolicam, uteretur, et earum possessione gauderet. Sed et contrà hoc iterùm replicabatur, quod idem archidiaconus in quadam Ecclesia sui archidiaconatûs non per archiepiscopum

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N°. 64. Evêques de Tarbe.

institui postulasset, sed talis institutio pertinebat ad ipsum, et si ipse tunc ipsarum libertatum possessione gauderet. ad quod archiepiscopus ipse respondit, quod per archiepiscopum non institui, sed confirmari potiùs postulavit, licet quod seipsum institueret, incongruum videtur. Nos igitur interlocuti fuimus archidiaconum esse in plena libertatum archidiaconatûs possessione tuendum, donec probatum legitimè fuerit ex adverso libertates ipsas archidiaconis ab archiepiscopis personaliter fuisse concessas: cùm in hoc casu, tam antè, quam post, et in ipsa etiam concessione archidiaconus eas retinere potuerit tanquam suas, vel donec legitimè probatum fuerit easdem libertates archidiaconum abjurasse; sed in hoc casu si concessit, illa fuit realis, archiepiscopo nihil juris, vel utilitatis accederet, quia nos, vel ad petitionem Eboracensis Ecclesiae, vel per nos ipsos Archidiaconatui consulemus. Si ergo alterutrum ipsorum fuerit legitimè approbatum, Archidiacono super libertatibus ipsis: si neutrum archiepiscopo silentium imponatur. Decret. Greg. lib. 3. tit. 7. de Institutionibus.

Coutenx. 1322. N° 65.

Ratification de Donation faite à l'Abbaïe de la Casedieu par Pierre de Coutenx, fils de Raymond de Coutenx et de Condor, mariés.

NOverint universi presentes pariter et futuri, quod coram me Notario et testibus infrascriptis, constitutus personaliter Petrus de Cottenx, habitator de Cottenx, non coactus, deceptus, vi, dolo aut metu, ad hoc inductus, certus de jure et de facto certioratus pleniùs et instructus, ut dixit, gratis et providè sciens et consultè, et suâ merâ et liberâ voluntate, pro se, suisque successoribus et heredibus quibuscumque, laudavit, approbavit, confirmavit et ratificavit venerabili et Religioso viro Domino Vitali, divinâ permissione Abbati

N°. 65. Coutenx. 1322.

beati monasterii casae Dei, ordinis Premonstratensis, Diocesis auxitanae, presenti, pro se et nomine totius conventûs dicti monasterii, totam illam donationem, quam Ramundus de Cottenx, et Condor ejus uxor, parentesque dicti Petri fecerant in suis ultimis testamentis dicto monasterio casae Dei de illis feudis seu obliis, videlicet duorum solidorum morlanorum, quos dicti conjuges habebant et habere consueverant in seu suprà medium arpentum et quartam partem unius casalis terrae in pertinentiis dicti loci de Cottenx in territorio vocato de la Cassanhole, inter viam publicam, ex una parte; et fontem et rivum de la Cassanhole, ex altera; et terram dicti monasterii, ex altera. Item, si fortè dicti Ramundus de Cotenx et Condor, conjuges quondam, parentesque ipsius Petri, suprà dictam terram superiùs confrontatam aliquam donationem seu aliquod jus sibi aut suis retinuerant, vel ipse Petrus debet habere, vel hoc aut sibi competit, seu competere vel debet, de jure vel de facto, seu alio quocumque modo, totum illud jus et deberium seu donationem quam seu quod idem Petrus habet et habere debet jure aliquo sive modo suprà dictam terram, donavit et donando transtulit et concessit dicto monasterio casae Dei, amore Dei et intuitu pietatis et in redemptionem peccatorum suorum, et dictorum parentum suorum, et omnium Christi Fidelium deffunctorum sui generis, et de possessione et proprietate dictorum feudorum, obliarum, venditionem, impig[illegible]tionum, laudaminiorum, et aliorum quorumcumque jurium, deberiorum et donationum sibi competentium jure aliquo sive modo se divestivit, et successores et heredes suos quoscumque, et ipsum Dominum Abbatem tunc presentem, pro se et nomine dicti monasterii, investivit de predictis feudis seu obliis, et omnibus juribus, donationibus ac deberiis suis quibuscumque, et ipsum Dominum Abbatem, tunc presentem, pro se et suis Successoribus, proprium

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Coutenx.
1322.
Nº. 65.

et verum Dominum tanquam in rem suam propriam faciens, et totum jus ejusdem poscens, ut à modo suo nomine possit et valeat adversùs et contrà quascumque personas, et bona in seu pro predictis et quolibet eorumdem Donatorum agere, comparere, deffendere, consequi et habere, et omnia alia universa et singula facere et exercere, quae ipse Petrus de Cottenx seu ejus heredes et successores, tam in judicio, quàm extrà, facere et exercere poterat jure aliquo seu modo cum omni actione reali, personali, civili, Praetoria, rei prosecutoria, mixta, utili vel directa, absque alia protestatione seu retentione, quam idem Petrus non fecit, nec retinuit in predictis; et super his et omnibus suprà dictis et quolibet predictorum, dictus Petrus renunciavit omnibus juribus, deceptionibus, exceptionibus, et cautelis, per quae contrà predicta venire posset in toto vel in parte, aut infringere aliquid de premissis ingenio causâ sui. Actum fuit hoc in dicto Monasterio Casae Dei, nonâ die novembris, anno Domini mº. cccº. xxijº. regnante Karolo, Rege Franciae et Navarrae, Sedeque Auxitanâ vacante. Hujus rei sunt testes Arnaldus de Julhaco, Petrus de Margouët, Guillelmus de Cottenx, et Bernardus de Civitate, et ego Peregrinus de Piru, publicus Marsiaci dicti Domini Regis notarius, qui requisitus hanc cartam scripsi, et signo meo consueto signavi.

Donation

1274.
Nº. 66.
Donation dans Campused à la Casedieu par Vital de la Fite, & Condor de Ribaute, mariés.

» Notum sit que Vital de la Fita, Cauher, de sa franqua, agradabla voluntad, e de son propi esmauvament, no costreit, ni forsad, ni ... donad e autreiad en veraye donation feite entre vius, no finte, ni subgite, irrevocadera per desagrabletas, ni per autra causa, à Dieu, e à Madona Santa Maria de la Cassadieu, e à la maison deudict loc, e à la maison de Marrenx, e als habitanz o abitadors deu medit loc, per toz temps tota aquet terrer colte e erme quès meris Vital ave, o tenie, o tenir, o aver devia per nulhs arazon, ni per nulhs dreit, quer si, o per son autor ———, o per autres, el bocaperad à Campused, e cum que lodit Vital la agos o la tengos: laquaterre es el terratori de Montclar endo entriterras de la maison de Marrenx per totas partz enbiron: ladite terre e tot quant lodit Vital avie en ladite terre, ni devie aver per nulha arazon, ni per nulh dret per si o per autre, tot a donada, cum desus es dit, als sobredits loxs, per far totas lor proprias voluntadz, ab toz aquedz dretz e ab totas aquesas arazoos, e ab totas aqueras actios, e ab toz aquestz apertenimens, e ab totas aqueras entradas, e ab totas aqueras eisidas, las caus i a, ni aver i deu.

Aº enganad ni decebud ni arraico per paor ni per forse amenad, de son bon dret, per si e per toz los sos per toz temps en perpetuau donatio no revocad, no revocable a donad. Comme dessus.

la Fitte

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

~~[illegible]~~ Caledieu. 1274. N°. 66.

per nulha arazon, ni per nulh dret; las donadas o universalmens o especialmens; e per la mezise arazon sobredise lodit Vital a donadas e autteïndes en vera donation faite enter vius, no fintes, ni cuberte, ni revocadere per deguna desgrazablesad ni per autte cause als sobreditz lox per far totas lors proprias volhontadz toz los dretz e totas las arazos e totas las actios reals o personals, civils e mixtas, utilis e directes, ordinarias, extraordinarias, pretorias e prosecutorias de la cause, e totas auttas actios apertenentz e debentz apertenir al mezis Vital, e s'en devesti, en vesti mi dejus enmentaveder notari per las ditas maisos e pels lo cx ..... no esperade licentte d'algun senhor ... renuncian .... à tota defension de crotz o ses crota prese e à prener, e à daquel dret, qui per arazon de nostter Pair l'Apostoli lo vengos .... aiso fo fait à Montesquiu, vij. dies en l'enttade deu mes de Martz, à testimoni d'En Pé de Marcelhan, e d'En Guillem de Trebie, e d'En Bernat Faur, e d'En Bernat de Montaut, e d'En Martin d'Anghais, en l'an de nostte senhor 1274. Item e madona Comdor d'Aribaute, mother deldit Vital, de sa franque agradable voluntat, asolo e quita, e lauza e coferma, e laura la dite donatio .... hoc fuit factum apud Averanetum suprà dicto die et anno. Testes hujus rei sunt .... et ego Guillelmus de Perihano, publicus Auxis Notarius, qui hanc cartam scripsi, et signo meo consueto signavi et in publicam formam redegi. Dominante Amanevo, archiepiscopo auxitano, et Geraldo, comite Fezenciaci et Armaniaci.

Page 230. N°. 29.

~~[illegible]~~ 1275.

~~[illegible]~~ Raimond-Bernard de Belas, Seigneur de Bonas. .... N°. ~~[illegible]~~ 67.

Compromis & Sentence arbitrale entre ~~[illegible]~~ & l'Abbé de la Casedieu.

Noverint universi, tam presentes, quam futuri, quod cùm causa seu contentio et dissentio esset inter Religiosum virum Dominum Arnaldum de Sancto Loborio, Dei gratiâ Abbatem Casæ Dei, et totum conventum ejusdem Loci, ex una parte: et Dominum Raimundum Bernardi de Gelhaas, militem, Dominum Bonasii, ex altera, nomine et ratione Casalium deu Granéd, et deu Boñau, et de las Bordas; tandem predictus Dominus abbas; et frater Stephanus Lobati, tunc Prior Casæ Dei; et frater Sancius de Montesquivo, Sindicus Casæ Dei, ut dicebat, et frater Ramundus-Garsiæ, Sacrista ejusdem loci; frater Arnaldus-Guillelmi de Sorduno, capellanus predicti Domini abbatis; frater Ramundus Guillelmi de Caaron, canonicus Casæ Dei: frater Arnaldus de Mongeto, Grangiarius tunc Sarrambati: frater Vitalis de Gasads, Grangiarius tunc Bogossii: frater Petrus de Montesquivo, tunc Grangiarius Hospitalis Vicensis: frater Fortanerius de Tascha, capellanus tunc ejusdem Hospitalis, ibidem presentes pro se et monasterio Casæ Dei, cum omnibus membris ejusdem, et pro toto conventu ejusdem monasterii quantùm poterant, ex una parte: et predictus Dominus Raymundus Bernardi, pro se et omnibus suis presentibus et futuris, ex altera; mutuò gratis se compromiserunt concorditer .... in nobilem virum Dominum Raimundum Hemerici de Montesquivo, militem, Dominum ejusdem Loci, ut in arbitrum, arbitratorem seu amicabilem compositorem.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

66. promittentes ipsæ partes .... Igitur supradictus arbiter, auditis ---- dixit seu promulgavit statim dictum suum in hunc modum, dicens et sententians pro bono pacis et concordiæ, quod dictus Raimundus-Bernardi de Gelaas gratis ibidem recognosceret et concederet, quod Willelmus arnaldi de Gelaas, quondam pater ejusdem, dederat et concesserat pro se et omnibus suis presentibus et futuris in perpetuum, Casale deu Braned cum omnibus juribus et pertinentiis suis, Sancio, tunc abbati Casædei, et toti Conventui ejusdem loci, tam presenti, quam futuro, pro Deo et anima sua, et totum illud quod habebat et habere debebat, et ad ipsum pertinere videbatur ibidem in predicto Casali deu Braned, cum pertinentiis ejusdem, in terris cultis et incultis, et in aliis rebus et juribus quocumque modo essent, et ipse haberet et habere deberet ibidem, per se, vel per aliam personam, vel in anima ibidem habiturus esset ullo modo: Quod Casale tenet à terra Domini Garsiæ de ferralog, ex una parte, usque ad terram de Fremensano, ex altera: et de terra arnaldi de Senestoscha, et parcionariorum ejusdem ibidem, ex una parte, usque ad Baysiam, ex altera. Quam predictam donationem, ut superiùs dicitur, factam per Patrem suum quondam predicti Casalis deu Braned, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, ipse Raimundus Bernardi, per se et heredes suos, ibidem confirmaret, ratificaret et laudaret cum hac presenti carta inter vivos facta et in perpetuum valitura, predicto Domino arnaldo, abbati Casæ Dei, et omnibus aliis fratribus supradictis presentibus et recipientibus hanc confirmationem pro se et toto alio Conventu predicti monasterii Casædei et

Casedieu. 1275. N°. 67.

ariā

eorumdem successoribus, nomine et ratione ejusdem monasterii et Grangiæ Sarrambati, ordinis Premonstratensis. Item dixit et pronunciavit supradictus arbiter ibidem dictum suum super premissis pro bono pacis et concordiæ, quod predictus Dominus abbas, et alii fratres ibidem presentes pro se et omnibus aliis fratribus Casædei, quictarent et absolverent in perpetuum predicto Domino Raimundo-Bernardi, et ejus ordinio et heredi, predicta duo Casalia deu Bonau et de las Bordas, cum omnibus juribus et pertinentiis eorumdem, et eidem illa quita et soluta cum omnibus juribus suis, ut superiùs dicitur, redderent de omni vexatione, actione, jure et ratione, quam de cetero ipsi, nec alius Conventûs Casædei, nec aliquis, seu aliqui eorum nomine, contrà ipsum, vel ejus ordinium, vel heredem, vel contrà sua bona, nomine predictorum Casalium ibidem deu Bonau et de las Bordas, cum omnibus juribus suis vexare non attemptent ullis temporibus ullo modo: hoc excepto, quod idem Raimundus Bernardi, per se et heredes suos, daret, cederet et concederet, videlicet in predictis duobus Casalibus deu Bonau et de las Bordas, cum omni allodio,[1] juribus et pertinentiis eorumdem in terris cultis et incultis, predicto Domino abbati, et aliis fratribus Casædei, presentibus et recipientibus, pro se, et toto alio conventu ejusdem Loci, nomine et ratione ejusdem monasterii et predictæ Grangiæ deu Sarrambat liberam padoentiam in perpetuum per illa duo Casalia, ut superiùs dicitur,

N°. 67. Casedieu. 1275.

1. Allodio. Alode, alodium, allodium, c'est à dire, selon le Dictionnaire du Droit, ou Lexicon Juris, Liberum hominis patrimonium. d'où vient tenir en franc aleu, et bien allodial, lors qu'il ne fait point de redevance au seigneur Directe, qui l'a affranchi.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

~~N° [illegible]~~ Casedieu. 1275. N°. 67.

Scilicet ligna ad omnes usus necessaria, aquas, herbas, folia, frondes, glandes, et omnes fructus Silvestrium arborum, prout melius dici vel scribi possit ad utilitatem dictorum fratrum predictæ Grangiæ, et totius conventus Casædei, et eorum successorum, pacificè et quietè, et ut melius in presenti carta contineatur. Item. .... ce sont la ratification des parties, l'approbation de la sentence, et la promesse de garentie reciproque, et de ne se rien demander l'une à l'autre, Raimond Bernard de Gelaas disant qu'il vouloit participer aux biens faits de ses ancetres et les augmenter. Acta fuerunt hæc et ita posita et concessa, xv°. die introitus mensis Marcii, Dominante Domino amanevo, archiepiscopo auxitano, et Geraldo, Comite Fezenciaci et armaniaci, anno ab Incarnatione Domini m°. cc°. lxx°. quinto, in presentia et testimonio Raimundi de Cionio, Bernardi Lobati deu Soos, militum -- et mei Guillelmi de Molera, publici Vicensis notarii, qui de mandato et voluntate predictarum partium, et predicti Domini arbitri hoc presens instrumentum scripsi, et in formam publicam redegi, et meo signo signavi in testimonium premissorum.

~~N° [illegible]~~. Confirmation des possessions de l'Abbaïe de la Casedieu par le comte de Pardiac. 1275. N°. 68.

~~[illegible]~~

Quoniam ea, quæ inter presentes geruntur, deperire solent leviter, tum propter brevem hominum vitam, tum propter memoriæ labilitatem, tum propter transcursum

temporum

~~N° [illegible]~~ Casedieu. 1275. N°. 68.

temporum et varietatem, nisi cartis, aut litteris, æternentur. Idcircò ad æternam rei memoriam, notum esse volumus omnibus, tam presentibus, quam futuris, quod nos Arnaldus-Guillelmi de montelugduno, Dei gratiâ comes Pardiacensis, filius quondam Domini Augerii, Patris nostri, et Comitis Comitatus predicti Pardiacensis, non seductus, non coactus, nec vi, nec dolo, nec metu, nec fraude alicujus, vel aliquorum ad hoc inductus, sed ex certa scientia et grato animo, merâ insuper ac liberâ voluntate, et de jure nostro certus, volens esse particeps orationum ac bonorum, quæ in Monasterio Casædei, et suorum membrorum, fiunt et fient in posterum, aucmentatorque donorum et possessionum, quibus videmus quodammodo monasterium esurire et pati necessitatem, confirmamus, laudamus, approbamus, ratificamus donationes, concessiones, laudationes, emptiones, venditiones, pacta, pactiones, cessiones, permutationes, pignora in quibus animarum pericula non timentur, pro nobis et successoribus nostris presentibus et futuris ab hinc usque ad finem mundi, per nos, et predecessores nostros, et subditos nostros, et per subditos subditorum nostrorum, cujuscumque ordinis, conditionis, generis ve, seu

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Casedieu. 1275. N°. 68.

Religionis existant, factas seu facta monasterio Casæ Dei in Pardyacho situato, ordinis — Premonstratensis, Diocesis Auxitanæ, et etiam suis membris, quocumque modo, nomine, titulo, vel conditione, ad predictum monasterium, vel ad ejus pervenerint membra, salvo jure — alieno, sive sint loca habitabilia, sive — inhabitabilia, ut puta locum in quo abbatia Casæ Dei situatus cum suis pertinentiis, cum — ingressibus et egressibus dicta abbatiæ. Item loca et situationes Grangiarum, scilicet deu Faugar, et de Bargis (Barz), et de Dodiis et — d'Esplangue. Item villas seu villaria d'Armoos, et deu Chau (Cau), et de Gajaano, et de la Guardera, et de Lagues, et de Camyis, et de Panlane (Pallane), et de Poyaraut, et de Andenag, et de Senjori, et deus Pujoos, et de Cortisia, et de Ber^d. Item Endomenjaduram de la Sapia, et alias, si quæ sunt ad abbatiam Casæ Dei predictam, vel ad ejus membra, spectantes in nostro predicto — Comitatu Pardyacensi. Insuper omnes alias terras magnas et parvas, cultas et incultas, continuas et divisas, frusta seu jornalia, siccas et aquosas, planas et montuosas, prata et nemora, aquas — fluentes et non fluentes, stagna, fontes, puteos, riparia fontium et fluminum, molendina et — molendinaria, cum suis appendiciis universis, et — universas possessiones, et honores, et proventus omnes. Item fructus naturales et industriales fratrum — dictæ

N°. 68. Casedieu. 1275.

dictæ Domûs et Servitorum inde provenientes, et omnia alia jura, bona et jurisdictiones, quæ in terra seu Comitatu nostro predictis, seu intra fines predicti Comitatûs, ubicumque sint, et — quacumque ex causa, donatione, emptione, — permutatione, concessione, legatione, vel — testamento, seu quocumque alio modo vel titulo acquisierint, vel ad eos pervenerint, tam à — nobis, quam à Predecessoribus nostris, et à subditis seu vassallibus nostris, aut à subditis eorum, vel ab aliis quibuscumque personis, in pacifica — possessione, et omni quiete et tranquillitate, — concedimus et confirmamus in perpetuum possidenda. Hæc autem omnia universa et singula, — concedimus et confirmamus pro nobis et omni ordinio nostro, ut est dictum, Domino Deo et — Beatæ Mariæ de Casa Dei, Genitrici ejus, ordinis et Diocesis predictorum, et fratri Stephano — Lobati, Priori dictæ Domûs Casædei: et fratri Petro de S^to Savino, Grangiario deu Faugar, — Canonicis domûs superius nominatæ presentibus, et hoc specialiter postulantibus et recipientibus, ratione, vice et nomine dictæ domûs seu monasterii Casæ Dei antedicti, et Reverendi Patris Domini — Arnaldi de S^to Loberio, Dei gratiâ abbatis monasterii, et totius conventûs ejusdem, pro — presentibus, qui nunc sunt, et eorum successoribus — universis. Item liberam padoentiam pro animalibus

N°. 68. Casedieu. 1275.

predictæ Domus et membrorum suorum, tam propriis, quam pattronatus, eis ab antiquo concessam, et confirmamus, et nunc de novo concedimus eisdem, et concessam confirmamus eandem, pro nobis et pro omnibus successoribus nostris, per totum comitatum Pardyacensem predictum, scilicet ligna ad omnes usus suos necessaria, aquas omnis generis, herbas, folia, frondes, glandes, faias, poma, pira, nespula, et omnes fructus arborum silvestrium et aliorum ex eorum industria provenientium. Item quittamus eos, et reddimus immunes, pro nobis et pro toto ordinio nostro, scilicet dictam abbatiam, et omnes servitores ejus, à leuda et pedagio, tam in capite, quam in membris, et eorum bona omnia in toto comitatu nostro Pardyacensi. Promittimus etiam nos supradictus comes, pro nobis et ordinio nostro, sub ypotecha et obligatione omnium bonorum nostrorum mobilium et immobilium et se movertium, Domino abbati predicto, et toti conventui dictæ abbatiæ presenti et futuro, et canonicis supradictis presentibus et recipientibus vice et nomine quibus suprà, prefatas confirmationes, donationes, concessiones, quittationes, absolutiones, et universa et singula in ipsis contenta, à nobis et à nostris, tam predecessoribus, et subditis, quam etiam subditis subditorum nostrorum, confirmata, donata et absoluta,

N°. 68. Casedieu. 1275.

absoluta, et omnia universa et singula, rata, et illibata, atque inconcussa servare perpetuò et tenere, et facere pro viribus ab aliis observare, et non contravenire per nos, vel per alios ullis temporibus, modo aliquo, vel aliquâ ratione in solidum, vel in parte, nec venire volenti consentiemus. Promittimus nichilominus bonam et firmam guirentiam predicto Monasterio Casæ Dei, et omnibus servitoribus et habitatoribus ejusdem, de omnibus supradictis à nobis et à nostris, confirmatis superius et concessis. Renunciamus preterea super his et omnibus singulis, ex certa scientia nostra, gratis et consultè, juribus, quæ dicunt donationem ob causam ingratitudinis revocari posse: et juribus, quæ dicunt donationem excedentem summam quingentorum aureorum sine insinuatione judicis factam non valere: et omni juri scripto et non scripto, alii edito et edendo, canonico et civili, foro, usuique terræ et consuetudini, et omni privilegio impettato et impettando; denique omni alii auxilio et beneficio juris et facti, per quæ contrà predicta universa et singula possemus venire, vel aliquid de predictis infringere, vel infirmare, seu etiam revocare. Actum fuit et concessum die Martis post Pentecosten (4. Juin) anno Domini 1275. regnante Philippo, Franciæ Rege: Esquivato, Comite Bigorræ: Geraldo, Comite-

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N.° 68. armaniaci et Ferenciaci: amanevo, Archiepiscopo
Casedieu. auxitano: Ramundo-arnaldi, Tarviensi —
1275. Episcopo existente. Hujus rei testes sunt Dominus
Bernardus de Insula, frater dicti Domini —
Comitis: Dominus Beguerius de Samatano,
Milites: predicti Prior et Grangiarius, Canonici
dictae Domus: et Ego Sancius de Rochava, —
publicus Domini Regis predicti et Sancti Severi
Notarius, qui cartam istam scripsi, et signo —
meo signavi, in testimonium omnium —
premissorum, et ad requisitionem partium —
predictarum. — — — — — — — — —

N.° 69. [illegible]
Confirmation [illegible]
par odon de Bi- [illegible] - - - - - -
ran des Dona- Noverint universi presentes pariter et —
tions faites par futuri, quod frater Stephanus Lobati, Prior —
Guillaume-Ar- Casaedei, presentavit infrascripto die, in —
naud de Biran, presentia mei notarii et testium subscriptorum,
son Pere, au Sa- nobili Domicello Odoni de Birano, filio quondam
rambat. Domini Guillelmi-arnaldi de Birano, Militis,
1275. quasdam [illegible] litteras patentes donationis
factae per dictum Dominum Guillelmum arnaldi
de Birano Domui Casaedei, ut in ipsis litteris —
continebatur, inquibus litteris erat appensum
sigillum, ut primâ facie apparebat dicti Domini
arnaldi-Guillelmi de Birano, in quo sigillo —
erat forma scuti impressa, et in ipso scuto quatuor
formae

formae seu figurae gracularum, et in circuitu N.° 69.
caracteres litterarum hujusmodi, SIGILLUM- Sarambat.
GUILLELMI-ARNALDI DE BIRANO. quod 1275.
sigillum predictus Domicellus asseruit esse sigillum
dicti Domini Arnaldi-Guillelmi de Birano, quondam
Patris sui, et esse verum quod tenor litterarum —
sequitur in huncmodum. In nomine Domini, —
Comme au N.° 50. precedent, page 181. - - - Quibus —
litteris oblatis dicto Domicello, ipse Domicellus —
fecit sibi eas legi de verbo ad verbum: et ibidem
dictus Odo, Domicellus, audito, viso et diligenter
intellecto tenore predictarum litterarum, non —
coactus, nec vi, metu, vel dolo inductus, sed ex —
certa scientia, gratuito animo et libera voluntate,
volens esse particeps et augmentator dictarum —
Donationum, approbavit, laudavit, ratificavit, et
etiam confirmavit, donavit, contulit, cessit in —
perpetuum et dimisit per se et heredes suos, ad —
postulationem et requisitionem dicti fratris Stephani,
Domino Deo, et Beatae Mariae, Virgini-Matri ejusdem [illegible]
et eidem fratri Stephano, presenti et recipienti —
hanc confirmationem, concessionem et donationem,
nomine monasterii Casaedei et [Grangiae] de —
Serrambad, Ordinis Premonstratensis, et pro Domino
abbate, et pro se et fratribus omnibus ejusdem —
monasterii presentibus et futuris, et habitatoribus —
ejusdem loci omnibus et singulis, predictas donationes,
concessiones, restitutiones, quitationes et absolutiones,

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N.° 69.
Sarambat.
1275.

quas dictus quondam Pater suus fecerat et — concesserat predicto Monasterio, et Sancio, tunc abbati, et fratribus Casæ Dei, videlicet de predictis duobus Casalegiis, scilicet S.ti Michaëlis et de Pessda, cum omni alodio, et omnibus juribus et — pertinentiis suis, et terris cultis et incultis, et de libera padoentia in perpetuum per totam terram suam, ubicumque eam haberet vel habere deberet, scilicet ligna ad omnes usus necessaria, aquas, herbas, folia, frondes, glandes, et omnes fructus silvestrium arborum; et de terris de la Vite ad se pertinentibus cultis et incultis; et de illa petitione demanda, seu petitionibus, quas ipse Dominus — Guillelmus-Arnaldi de Birano faciebat dicto — monasterio, videlicet quod poneret et deberent — ponere unum bovem semper in aratro suo, — prout hæc in supradicta donatione, seu in — predictis Litteris ipsius donationis plenius et melius sunt expressa. Promittens ------ Renuncians ---- acta fuerunt hæc et ita posita et concessa, nonâ die introitûs mensis madii, regnante Philippo, — Rege Francorum: et Bertrando, ~~Episcopo~~ Tolosano Episcopo: anno ab Incarnatione Domini 1275. in presentia et testimonio Domini Arnaldi-guillelmi de Barbasano, militis: et domini Vitalis de — Beraud, militis ---- et Guillelmi de Lasaca, publici Tolosæ notarii, qui de mandato et voluntate dicti — Domicelli hoc presens instrumentum scripsit, et in formam publicam redegit --------

Page 234. N.° 31

N.° 70.
1276.
Confirmation par Carbonel de Peirusse des donations faites par Bellus de Podenas, son Pere, à la Case-dieu.

~~[illegible]~~ . ----

Noverint universi hoc presens publicum — instrumentum inspecturi, quod Dominus — Carbonellus de Pettucia, miles, non coactus, nec deceptus, nec vi, metu aut dolo ad hoc inductus, sed suâ merâ et liberâ voluntate, et suo proprio motu, factus certus jure suo, recognovit et concessit, et in veritate confessus fuit, quod Dominus Bellus de Podenasio, miles, quondam Pater suus, sanâ — mente et bonâ memoriâ atque sensu, suâ planâ voluntate, dedit, cessit et concessit, tradidit, — absolvit et quitavit pro se et omnibus suis in — perpetuum, Donatione factâ inter vivos monasterio Sanctæ mariæ de Casa Dei, et Conventûs ejusdem loci, et Domino abbati tunc Domino Sancio de Bello plano, et eorum successoribus, liberam — padoentiam per totam terram suam ubicunque eam haberet et habere deberet, et sibi pertineret et pertinere deberet in toto Pardiaco, sive — Comitatu Pardiaci, scilicet fustes, ligna ad omnes usus suos necessaria, et aquas, herbas, folia, — frondes, glandes et omnes fructus silvestrium arborum, et in omnibus terris ubicunque eas — haberet et habere deberet et sibi pertinerent et pertinere deberent omnibus locis in toto affario — sive honore Pettuciæ, et in pertinentiis suis, pro — Deo et salute animæ suæ, et redemptione suorum peccaminum, et in puram et veram heleemosinam,

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N.° 70. Caledieu. 1276.

et pro eo ut esset particeps in bonis spiritualibus Casae Dei. quam dictam donationem, cessionem et concessionem liberae predictae padoentiae, ut melius et plenius in presenti instrumento superius continetur, ibidem dictus Dominus Carbonellus, non coactus, nec deceptus, nec vi, metu, nec dolo, ad hoc inductus, sed ex certa scientia, grato animo et liberâ voluntate, et volens esse particeps in bonis spiritualibus Casae Dei et augmentator dictarum donationum et non diminutor, cum consensu et voluntate Hymerici de Barbazano, Domicelli fratris sui, approbavit, laudavit, ratificavit, et etiam confirmavit, donavit, contulit, cessit in perpetuum et dimisit per se et Carbonellum, filium suum primogenitum, et omnes alios heredes suos Deo et monasterio Sanctae Mariae de Casa Dei, cum omnibus membris suis et grangiis, et Domino Arnaldo de Sancto Loberio, Dei gratiâ abbati Casae Dei, et Conventui ejusdem Loci, et eorum Successoribus, et fratri Iohanni de Mortanis, canonico Casae Dei, et fratri Vitali de Gazads, Canonico dicti Loci et Grangerio Bugossii, et fratri Fortanerio de Casta, canonico dicti Loci, et Capellano Eclesiae Sanctae Mariae de Hospitali de Vico, presentibus et stipulantibus specialiter hanc confirmationem, concessionem et donationem, nomine monasterii Casae Dei, cum omnibus membris suis et grangiis, et pro dicto Domino

N.° 70. Caledieu. 1276.

Domino Arnaldo, abbate Casae Dei, et ejus Successoribus, et pro se et fratribus omnibus ejusdem monasterii presentibus et futuris, et habitatoribus ejusdem loci, et membrorum suorum seu grangiarum suarum, seu pro toto Conventu ejusdem Loci, ita scilicet ut per omnes terras suas ubicumque illas habeat et habere debeat, et sibi pertineant et pertinere debeant omnibus locis, ut suprà dicitur, in Comitatu Pardiaci, et in honore Bettruicae, et in pertinentiis ejusdem, ipsi fratres et habitatores dicti monasterii cum omnibus membris suis seu grangiis, liberam padoentiam, ut superius dicitur, habeant, et pascua et herbaies, ligna ad hedificia condenda, glandem, faiam, et omnia ad venatum pertinentia, et omnia quae pastoribus sunt ad opus cabanarum necessaria, ita quod omnia animalia cujuscumque speciei sint, sive sint propria, sive sint partionaria, per omnes terras suas superius expressas eant, maneant, stent et jaceant ex tunc, pascant et bibant sine lesione fossarum et peciarum, et sine omni dampno et impedimento, quod ipse, nec sui, nec aliquis, nec aliqua, suo nomine, non faciens in predictis. haec omnia predicta et singula, sicut melius et utilius dici, scribi et excogitari potest ad utilitatem dictorum fratrum et habitatorum dicti monasterii Casae Dei cum omnibus membris suis, sive Grangiis, dictus Dominus Carbonellus, cum consensu fratris sui

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N°. 70. predicti ibidem presentis, confirmavit et —
ratificavit, concessit et donavit pro se et omnibus
suis presentibus et futuris, et pro filio suo —
suprà dicto, Deo et monasterio sanctæ mariæ de
Casadei, et dicto Domino abbati et conventui —
Casæ dei, et predictis fratribus presentibus et
stipulantibus, nomine quo suprà et modo quo —
suprà, et pro centum solidis morlanorum, quos —
dictus miles ibidem recognovit et concessit, quod
dicti fratres presentes dederant et solverant —
indè, et integrè et completè in bona pecunia
numerata, taliter quod benè tenuit se pro —
pacato et renuntiavit .... factum fuit apud —
Vicum in Ferenciaco hoc in Borda Ramundi —
Barba. Testes sunt dictus Ramundus Barba,
et arnaldus Guillelmi Barba, filius suus, et
ego Guillelmus de la Molera, communis Vici —
notarius, qui hanc cartam scripsi et signavi, et
in publicam formam redegi, consensu et —
voluntate utriusque, anno Domini m°. cc°. lxx°.
vj°. undecimo | 22. | die exitus mensis octobris.
Dominante amanevo, archiepiscopo auxitano,
et Geraldo, Comite Ferenciaci et Armaniaci.

Don du Casal de Casaux en Pardiac par Geraud de Marrenx à la Casedieu. 1276. N°. 71.

~~[illegible] Gerard de Marrenx, chevalier, donne le casal de Casaux~~ ...

Noverint universi presentes pariter et futuri,
quod dominus Guiraldus de marrenquis, miles,
non coactus, nec deceptus, nec vi, metu vel dolo,
ad hoc inductus, sed suâ merâ et liberâ voluntate,
et

et suo proprio motu, factus certus jure suo, N°. 71. Casedieu. 1276.
dedit, cessit et concessit, absolvit, quitavit,
gurpivit et desemparavit, pro se ac omnibus
suis in perpetuum, donatione factâ inter
vivos, non fictâ, non coopertâ, nec revocabili
aliquo jure, aliquâ ratione, seu aliquâ —
ingratitudine, sive ullo modo, fratri Sancio de
Montesquivo, Canonico casæ Dei et Presbitero,
presenti et recipienti, et ejus ordinio et mandato,
totum Casale vocatum de Casaus, quod est
in Pardiaco, inter terram vocatam de Gajano
ex utraque parte confrontatum, cum introitibus
et exitibus, et omnibus juribus et pertinentiis
suis, omnibus terris cultis et incultis, ad dictum
casale omnibus locis pertinentibus, et omnia
jura et debita, et quicquid juris ibi habebat —
et habere debebat et sibi competebat, et pertinere,
seu competere debebat, tam in petendo, quam —
in deffendendo, et in anima habiturus erat per
se vel per alium ullo modo, et omnes dominationes,
rationes, actiones utiles et directas, et omnes —
demandas, questiones et actiones reales et —
particulares, mixtas et pretorias, ordinarias et
extraordinarias, et omnes census et servitia, et
totum illud quod ibi habebat et habere debebat
de jure vel de facto, et sibi pertinebat et pertinere

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N°. 71. Caledieu. 1276.

debebat in predicto casali, et in pertinentiis ejusdem in omnibus locis, ad habendum, tenendum, possidendum, utendum, expletandum, petendum, deffendendum, et ad totam suam voluntatem faciendum, et sui ordinii et mandati, pacificè et quietè = et suorum, nec aliquas, seu aliqua faciet in predictis nomine suo ullo modo, nomine et causâ multorum serviciorum, quæ recognovit et concessit idem Dominus Guiraldus ibidem quod dictus frater Sancius = tenuit se pro pacato. Item divestivit se de toto idem Guiraldus ibidem, deinde investiens predictum fratrem Sancium, mittens et ponens in vera, et pacifica, et corporali possessione = describi vel excogitari possit ad voluntatem dicti fratris Sancii, et ejus ordinii et mandati. Item fecit et constituit idem Guiraldus ibidem predictum fratrem Sancium in omnibus = predictis et singulis verum Dominum et certum procuratorem tanquam in rem suam: promittens et concedens bonâ fide et stipulatione validâ et firmâ, quod non fecit, nec faciet, nec etiam dicet aliquid propter quod predicta, vel aliquid predictorum, in prejudicium et gravamen dicti fratris Sancii aliquo modo revocentur vel revocetur. Quod si aliquis vel aliqua ratione et nomine ipsius de suis cum scripto vel sine scripto, contra ea quæ superius sunt expressa, vel aliquid eorumdem, quoquo modo venire attemptaverit,

Caledieu. 1276. N°. 71.

attemptaverit; quod non credidit ipse de eisdem, promisit dicto fratri Sancio, et ejus ordinio, facere et portare bonam et firmam guirentiam, obligans dicto fratri Sancio, et ejus ordinio, per se et heredes suos, pro omnibus supradictis implendis et complendis, omnia sua bona mobilia et immobilia, presentia et futura, tacite et expresse: promittens et concedens idem Guiraldus sub obligatione rerum suarum omnium et bonorum, dicto fratri Sancio, presenti et recipienti, omnia supradicta et singula donata et concessa, sibi et ejus ordinio, rata et illibata servare perpetuò et tenere, et facere ab aliis pro viribus observari, et contra non venire per se vel per alios, ullis temporibus, modo aliquo, nec aliquâ ratione in solidum vel in parte, nec venienti etiam consentire, nullam retentionem, conditionem vel exceptionem de jure vel de facto fecit idem Miles, nec retinuit in predictis. Renunciavit insuper dictus Guiraldus super his omnibus et singulis ex sua certa scientia gratis et consultè juribus quæ dicunt donationem ob causam ingratitudinis revocari posse, et omni juri scripto et non scripto, edito et edendo, canonico, sive et civili, fori que privilegio, usui, consuetudini, et statuto, et denique omni privilegio, auxilio et beneficio per quod contra predicta universa vel singula se posset defendere vel tueri, aut aliquid revocare vel infringere de predictis. Factum fuit hoc xv°. die mensis novembris. Test. et sunt Magister

N°. 71, Cafedieu. 1276. Guillelmus de S.to Jacobo, archipresbiter Vicensis: magister Bernardus de Ampello, jurisperitus, Canonicus Vicensis: Bernardus de Lonquirio, Vicensis Canonicus: ~~Guillelmus~~ Guillelmus de la Lana: et ego Guillelmus de Molera, publicus Vicensis notarius, qui hanc cartam ibidem scripsi de voluntate et consensu utriusque, et in formam publicam redegi, et meum signum apposui, anno Domini M°. CC°. LXX°. VJ.to Dominante Amanevo, archiepiscopo Auxitano, et Geraldo, Comite Fezenciaci et Armaniaci.

Le seing comme au precedent acte.

~~N° [illegible]. [illegible]~~

~~[illegible]~~

Cafedieu. 1358. N°. 72.

Transaction entre le Comte de Pardiac & l'Abbé de la Casedieu touchant les Donations faites à l'Abbaïe, ses possessions & ses redevances.

Noverint universi, quod cum questio seu controversia esset et esse speraretur inter egregium et spectabilem virum Dominum Arnaldum-Guillelmi, Dei gratiâ Comitem Pardiaci, Dominumque Baroniarum Birani et Ordani, ex una parte, et Reverendum in Christo Patrem Dominum Dominicum, permissione divinâ abbatem monasterii Casædei, Premonstratensis ordinis, Auxitanae Diocesis, pro se et nomine

nomine sui monasterii et conventus ejusdem, ex altera; super eo quod dictus Dominus Comes petebat et exigebat à dicto Domino abbate homagium seu homagia et fidelitatis juramenta per ipsum Dominum ~~abbatem~~ abbatem sibi fore prestanda, videlicet de Domenjadura seu territorio de Bars, et Castellariis de Caumonte et de Petra acuta, feudis et juribus pertinentibus ad ipsa territoria et Castellaria, situata in dicto suo Comitatu, et generaliter de omnibus aliis Castellariis, militiis, territoriis et bonis nobilibus seu ignobilibus pertinentibus ad dictum Dominum abbatem et monasterium predictum situatis in Comitatu et Baroniis predictis, asseruit dictus Dominus Comes dictum Dominum abbatem ad prestationem dicti homagii pro predictis sibi de jure teneri et fore astrictum, et etiam quod nobiles et Vasalli, à quibus dictum monasterium et abbates ejusdem supradicti, et alia quae habent et existunt in Comitatu et Baroniis predictis, adquisiverunt seu habuerunt, de predictis territoriis, Castellariis et bonis, Progenitoribus suis homagium et fidelitatis juramentum facere consueverant; et etiam quia Dominus Stephanus, quondam abbas dicti Monasterii, et frater Bernardus Beguerii, quondam sindicus dicti Monasterii, de supradictis et aliis bonis dicti Monasterii in dicto Comitatu situatis, Domino Arnaldo-Guillelmi, quondam Comiti dicti Comitatus, avo ipsius Domini Comitis, homagium et fidelitatis juramentum fecerunt, mediante instrumento ~~publico~~ manu magistri Arnaldi-Guillelmi de Fita, notarii Montislugduni quondam, facto, ut ibi dictum fuit. Quorum occasione dictus Dominus Comes redditus et proventus locorum de Bars, de Caumonte, de Petra acuta, et molendinorum eorumdem, à quatuor annis citrà de facto et contrà voluntatem ipsius Domini abbatis perceperat, et in suos usus proprios converterat, ut

N° ~~[illegible]~~ 72. Casedieu. 1353.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

ibi dictum fuit, dicto Domino abbate super pres-
[illegible]. batione dicti homagii per ipsum eidem facienda
Casedieu. contrarium asserente, prescriptionem dicti homagii
1353. dicto Domino comiti allegante et opponente, et
N°. 72. alias plures causas legitimas dicebat se habere
dictus Dominus abbas, propter quas ad prestationem dicti homagii et fidelitatis juramenti in nullo tenebatur eidem. Tandem dictae Partes, videlicet dictus Dominus Comes, pro se et suis successoribus universis, ex parte una; et dictus Dominus abbas pro bono pacis et Concordiae, et ad evitandum litigiorum anfractus, pro se et dicto suo monasterio et Conventu, ex altera, amicis eorum tractantibus, venerunt ad Concordiam super predictis, ut sequitur. Et primò dictus Dominus Comes, habitâ priùs deliberatione, ut dixit, super premissis cum Nobilibus, peritis in jure, et aliis bonis viris, certus de facto suo, et certioratus de jure sibi competenti per me notarium infrascriptum, attendens, quod Primogenitores et Predecessores sui in dicto Monasterio Casae Dei sunt sepulti, et quod orationes atque missarum solempnia, tam pro vivis, quam pro defunctis, frequenter celebrantur in ipso monasterio, habens devotionem ad illa, et ut attentiùs et frequentiùs in posterum frequententur, et etiam propter multa grata servicia, quae tam ipse, quam ejus Predecessores, à dicto monasterio receperunt, ut dixit, considerans, quod in officiis caritatis illis personis quis teneatur obnoxius, à quibus meruerit beneficia recepisse, et quod bene facientibus benefacere debemus, cùm Donatarius Donatori naturaliter ad antidota sit obligatus, ad Dei laudem, et ejus matris Virginis Mariae, et totius Collegii supernorum, in redemptionem suorum peccaminum, et dictorum suorum Progenitorum, et aliorum de genere successorum suorum, pro se suisque heredibus et successoribus suis universis, omne homagium sive omnia homagia et fidelitatis juramenta, et omne jus vassallaticum, et omnes actiones reales, personales, directas, utiles, prejudiciales, pretorias et mixtas, quae eidem competunt, competebant seu competere poterant vel debebant, quoquomodo, in eisdem Domo, jadura seu territorio de Bars, molendinis ejusdem super aquis vocatis Boez et Osse; Territoriis de

de Poyaraut, de la Cassanhi d'estomps, de Bao, de
Pallana, deu Lombriga, et pertinentiis eorumdem N°. [illegible] 72.
universis; in Castellariis seu villaribus de Pettaacu- Casedieu.
ta, de Caumonte, de Camita, de Sancto Iorio, de Daunes, 1353.
de la Papia, deus Poyoos, deu Nauret, de Andenaco, de Gajano, molendinis et molendinariis de Folgariis, et pertinentiis eorumdem universis; villis seu villaribus d'armor, de Cortivis, molendinis d'Espiros, d'Esplancha in Pardyacho, et pertinentiis eorumdem: et in parte loci de Romensano ipsi monasterio pertinente; mota seu Castellariis de Sancto Circo et de Sancto Saturnino, in Casali Sancti Micaëlis de la Pessola, allodio eorumdem; et in cultura seu Casali de la Fita, terris cultis et incultis pertinentibus ad ipsa castellaria et casalia; et in omnibus juribus locorum predictorum pertinentibus ad dictum monasterium; et etiam in omnibus aliis Castellariis, militiis, territoriis, locis et bonis nobilibus sive ignobilibus, sparsis sive contiguis, licet nominatim non expressis, quae pro expressatis haberi voluit, quocumque nomine nuncupentur, situatis in dicto Comitatu et Baroniis predictis, pertinentibus ad dictum monasterium, et juribus eorumdem quibuscumque, et omnia alia jura et deveria, quae eidem Domino Comiti pro se et in solidum competere possent vel deberent in omnibus supradictis quoquomodo dicto Domino abbati, ibidem presenti, pro se et nomine sui monasterii, solempniter stipulanti, mihique Notario infrascripto pro dictis Conventu et monasterio absentibus etiam stipulanti et recipienti, et eorum successoribus, nunc et in futurum, ex causis predictis et aliis, perpetuò remisit, exceptâ jurisdictione altâ et bassâ, mero et mixto imperio, quam et quod habet vel habere debet, aliàs in predictis; et de predictis homagio et fidelitatis juramento, et aliis juribus quibuscumque, exceptis, ut suprà proximè premittitur, dictos Dominum abbatem et Conventum, et eorum successores, absolvit penitùs et quittavit, et à predictis ipsa Castellaria, territoria et alia supradicta, et etiam alia loca licet non

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Caledieu.
1353.
N°. 72.

expressata ipsum Dominum Comitem solum et in solidum tangentia, dictum Dominum Abbatem et monasterium, nunc et in futurum perpetuò libera esse voluit, purè, liberè et absolutè affranquisando et liberando ipsos Dominum abbatem et Monasterium casæ Dei, et singulos dicti monasterii, et successores in perpetuum presentes et futuros, ab omni jugo manentiæ, colonariæ, conscitæ et adscriptitiæ, et cujuslibet alterius conditionis, et ab omni serviciorum, usuum vel abusuum, angariarum vel parangariarum, et ab omni munerum sordidorum prestatione, et hoc ex causis predictis, et etiam ab omni specie servitutis; et etiam voluit et concessit, atque consentiit expressè idem Dominus comes, quod illicò sine mora molendina de Caumonte, de Barx, feuda et alia bona quæ capi et detineri ejus nomine hactenùs fecerat, à dictis Domino abbate, ejus conventu et monasterio, propter dicta homagia non prestita, et alia quæ petebat, liberè restituantur eisdem Domino abbati et conventui, et tenore hujus presentis publici instrumenti ea restituta liberè eisdem Domino Abbati et conventui esse voluit, absque ope sive adminiculo legis, sive consuetudinis misterio; et quod de cetero nullatenùs impediantur in illis, sive in aliis, in dictis Comitatu et Baroniis predictis, per ipsos et eorum predecessores acquisitis, occasione predictorum, vel aliàs quoquomodo per ipsum Dominum Comitem, seu ejus heredes vel successores, seu alium, vel alios, ejus sive eorum nomine, ratificando, aboando, approbando et laudando, idem Dominus Comes palàm, publicè, solempniter et expressè, et ex sua certa scientia, omnes donationes, venditiones, liberalitates, concessiones et libertates cujuscumque tenoris et conditionis existant, tam per eundem Dominum Comitem, ejus predecessores, quam per alios nobiles et ignobiles dicti Comitatus et Baroniarum predictarum, dicto monasterio factas et concessas, in quantùm ab ipso Domino Comite solo et in solidum tenentur, et eas tantam roboris firmitatem habere voluit, ac si ab initio suum

prestitisset

N°. 72.
Caledieu.
1353.

prestitisset assensum, jure in contrarium edito non obstante, cui expressè et ex certa scientia renunciavit, et instrumentum homagii, de quo superiùs fit mentio, cassum et nullum esse voluit, tanquam inefficax et debito frustratum effectu; et dicto Domino abbati promisit restituere cum effectu infrà unum mensem proximè venientem; retento per dictum Dominum Comitem, quod de aliis bonis adquirendis in futurum per dictum Dominum abbatem et conventum, vel per ipsum Dominum Comitem in dicto Comitatu et Baroniis predictis, homagium quitare vel remittere per presentem remissionem seu quitationem non intenderet, sic et prout ad ipsum pertinuerit de jure aut consuetudine patriæ generali. Quibus, ut premittitur, peractis, idem Dominus abbas, pro se, et dicto suo monasterio, et conventu ejusdem, attentâ quitatione et remissione premissorum, attendens quod majus est spiritualia seminare, quam metere carnalia, volens ipsum Dominum comitem, et alios de genere suo, precipuè remuneratos et esse participes bonorum spiritualium dicti monasterii, et specialem gratiam eidem facere, lites que et malivolentias ipsius effugere, et ejus amicitiam captare, spontè promisit et concessit eidem Domino Comiti ibidem presenti pro se et ejus ordinio stipulanti, quod sacerdos, qui celebrabit de cetero missam matutinalem pro defunctis in conventu et monasterio predictis, quâlibet die dum celebrabit dictam missam matutinalem, dicet et perpetuò dicere teneatur specialem collectam cum aliis eidem connexis pro bono statu ipsius Domini Comitis, et successorum suorum, et pro animabus defunctis generis ipsius, et etiam pro anima ipsius Domini Comitis in futurum; et predictâ missâ celebratâ quâlibet die, dictus sacerdos cum ministris altaris et aqua benedicta, accedet ad sepulturam generis dicti Comitis, et ibidem responsorium et collectam pro defunctis generis ipsius dicti-

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

~~Nécro.~~ Caledieu. 1353. N°. 72.

a. Voiez au 4. Decembre du Necrologe.

Domini Comitis dicet, et quâlibet die Lunæ altâ voce; et nichilominus promisit quod in Libro martirologii a conscribentur pro memoria omnium premissorum, ut per hæc et alia bona, quæ pro ipso, et suis, predecessoribus, et successoribus, fuerint facta, ad æternæ possint beatitudinis gaudia pervenire; nec non dictus Dominus abbas promisit et concessit se curaturum, facturum cum effectu, quod ejus Conventus in Capitulo capitulando laudabit, aboabit et ratificabit infrà unum mensem proximè venientem omnia et singula promissa per ipsum, prout superiùs sunt expressa; et super premissis omnibus et singulis prenominati Domini Comes et abbas insimul ambo et quilibet, pro se et eorum successoribus universis, renunciaverunt exceptioni doli mali..... De quibus premissis omnibus et singulis dictæ partes requisiverunt me Notarium infrascriptum, quod sibi retinerem et conficerem duo publica instrumenta unius et ejusdem tenoris et substantiæ, quorum unum uni parti, et reliquum alteri parti traderem; et per eundem modum magistrum Ramundum de fageto, notarium montislugduni, dictæ partes requisiverunt. acta fuerunt hæc in dicto loco et castro de montelugduno, die decimâ septimâ mensis novembris, anno Domini m°. ccc°. quinquagesimo tertio, Domino Johanne, Rege Franciæ regnante; et Domino Guillelmo, archiepiscopo auxitano existente; in presentia et testimonio venerabilis viri Domini manaldi de Sancta-Deris, Baccalarii in legibus; Petri Porquerii, Johannis Rigaldi; magistri Johannis Bertrandi, notarii, habitatoris Marciaci; Bernardi de Sauceda, Domicelli; discreti viri Bernardi de Martis, clerici Regii de Montelugduno; et fratris Bernardi de malo musson, canonici Casæ Dei; et mei Johannis de Porta, notarii publici Tholosæ Domini nostri Franciæ Regis, qui, ut premittitur, requisitus cartam istam unà cum alia uniter et ejusdem tenoris et substantiæ recepi, scripsi et signo meo consueto signavi.

~~Regé ... N°.~~ 35.
Sentence

Sentence-arbitrale entre l'Abbaïe de la Casedieu & les Templiers d'Argentin & d'Aiguetinte... 1276. N°. ~~75~~. 73. Lesian.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod cùm questio seu controversia esset et diù fuisset inter fratrem Sancium descaunedo, Canonicum Casæ Dei, premonstratensis ordinis, Sindicum seu procuratorem abbatis et conventûs Casæ Dei, auxitanensis Diocesis, pro se et nomine procuratorio pro predictis abbate et Conventu Casæ Dei, ex una parte: et fratrem Petrum de Arguto, Templarium domûs militiæ Templi de argentino, Diocesis Agennensis, Camererium, Sindicum seu Procuratorem ejusdem domûs, et domûs militiæ Templi de Aquatineta, et conventuum dictarum domorum, et fratris Petri de Jombruno, Preceptoris earumdem, pro se et nomine procuratorio pro predicto Preceptore, domibus et conventu, ex altera: super territorio seu affario de Lesiano, et pertinentiarum ejusdem, quod est in Parrochia Sancti Johannis de Lesiano, archidiaconatus Vici, et compromisissent dicti Sindici seu procuratores gratis ac spontaneâ voluntate, pro se et nomine et persona quorum sunt Sindici, de questione seu controversia predictis, presente et

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N°. ~~70~~.73. Lesian. 1276. Concedente fratre Stephano Lobat, Priore domûs predictæ Casæ Dei, et presentibus et concedentibus Domino fratre Petro de Sumbreno, Milite, Preceptore domûs predictæ de argentino, fratre Bernardo d'Ossonh, Preceptore domûs predictæ de aquatincta, fratre Bartholomeo, fratre Petro Arnaldi, et fratre Germano, fratribus dictæ Domûs de aquatincta, super omnibus questionibus, controversiis, demandis seu deffensionibus, quæ erant, vel esse poterant, inter dictas partes, ratione dicti affarii de Lesiano, quoquo modo, vel quâcumque ratione, videlicet in fratrem Petrum de Montesquivo, Grangerium Hospitalis Vici, electum in premisso negocio per predictum Sindicum Casædei; et in fratrem Forcium d'Ossonh, preceptorem domûs militiæ Templi de le Mored, nominatum per dictum Sindicum de Argentino et de Aquatincta domorum, tanquam in arbitros, arbitratores seu amicabiles compositores, taliter quod idem arbitri dicto, sententiâ, voluntate, arbitrio seu amicabili compositione, vel quoquomodo dicerent, pronunciarent seu ordinarent, partibus presentibus, vel alterâ presente et alterâ absente per contumaciam, stando vel sedendo, die,

die, vel nocte, semel vel pluries, in uno loco vel in pluribus, die feriato, vel non feriato, juris ordine servato, vel penitus pretermisso, tenerent dictæ partes et inviolabiliter observarent sub pena ducentorum solidorum morlanorum per partem inobedientem parti obedienti, et quod penâ solutâ vel non solutâ, dictum, sententia, ordinatio, arbitrium seu amicabilis compositio dictorum arbitrorum super premisso negotio haberet roboris firmiter firmitatem, et placuisset etiam dictis Sindicis seu procuratoribus, pro se et nomine procuratorio quo ~~[illegible]~~ sunt sindici, quod si forte dicti arbitri in aliquo discordarent, nec possent in unum concordari, quod discretus et religiosus Dominus frater abbas casædei et frater Petrus, Preceptor de argentino essent trencatores et superiores, qui cum eis et eorum altero, possent dicere, arbitrari, trencare, vel etiam ordinare, dicerent, trencarent vel etiam ordinarent cum dictis arbitris vel eorum altero sub pena predicta haberet roboris firmitatem, et placuisset dictis sindicis modo quo suprà, quod si forte dicti Trencatores huic premisso negotio interesse non possent, quod idem arbitri, concorditer possent aliquid conveniendi, vel qui cum eis, vel eorum altero, posset dicere, arbitrari, vel etiam ordinare, taliter quod quicquid

N°. ~~26~~.73. Lesian. 1276.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N°. 73. Lesian. 1276.

idem Trencator cum eis, vel eorum altero, diceret, ac etiam ordinaret quoquomodo, haberet perpetuò roboris firmitatem sub pena predicta, prout in quodam instrumento publico confecto super hiis per manus mei Notarii infrascripti plenius continetur. Item cum posteà dicti arbitri ad diffiniendum predictum negocium ad Domum de Arpentiano devenissent, presente fratre Arnaldo de Mongeto, Sindico

Casædei, et presente etiam predicto Procuratore Domorum de Argentino et de Aquatincta, dicti arbitri super expeditione dicti negotii

Trencatorem super predicto negocio minimè interesse petentibus, et elegissent idem arbitri, presentibus et concedentibus dictis Sindicis Trencatorem providum virum et discretum Ramundum de Lescaut, Bajulum de Peguno, volentes et etiam firmiter concedentes, tam dicti arbitri, quam etiam dicti Sindici, pro se et nomine quo suprà, quòd idem Trencator et Superior, cum dictis arbitris, vel eorum altero, non obstante partium absentiâ, posset dicere, arbitrari

dictum, sententia, arbitrium seu amicabilis

Compositio

N°. 73. Lesian. 1276.

compositio ejusdem, cum eis vel eorum altero haberet perpetuò firmitatem sub pena predicta solvenda

per partem inobedientem, ut alio instrumento publico confecto super hiis per manus mei notarii infrascripti plenius continetur. Idem

Trencator et

de Lescaut, cum dictis arbitris, visâ et diligenter inspectâ qualitate negocii, deliberato consilio, cum peritis, presentibus Sindicis, et dictum seu arbitrium, vel sententiam per se ferri instanter postulantibus, dixit et ordinavit pro dicto, amicabili compositione et forma pacis dictum suum super predictis sive arbitrium in hunc modum. In nomine Patris, et filii, et Spiritus Sancti; amen. Ego Ramundus de Lescaut, Trencator et Superior in presenti negotio, de consensu et voluntate dictorum arbitrorum, dico et ordino, quod dictæ partes cessent ab omnibus et singulis controversiis, discordiis, petitionibus seu deffensionibus supradictis, revocando, cassando et annullando omnes processus habitos inter dictas partes usque ad hanc diem super discordiis antedictis. Item dico et ordino, modo quo suprà, ego predictus Trencator, quod totum affarium seu Territorium de Lesiano,

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Lesian. 1276. N°. 73.

quod est inter territorium de Arpentiano,
ex una parte, et Rivum de la Franchelau,
ex alia, sit perpetuò domûs Templi predicti
de aquatincta, cum pertinentiis suis, et
omnia jura, rationes, exitus, redditus, et
proventus, qui in dicto affario de Lesiano
Domui Casæ Dei die presentis instrumenti
Confecti spectabant seu pertinebant, vel
spectare seu pertinere quoquo modo poterant
ac debebant, ad faciendum et complendum
perpetuò omnes proprias voluntates
Preceptoris, qui pro tempore fuerit, domûs
predictæ de aquatincta et successorum suorum.
Item dico et pronuncio ego predictus Trencator,
modo quo suprà, quod totum affarium seu
Territorium de Badescudera, quod est inter
terras odonis de Camarada, ex una parte, et
terram de Camplong, ex alia, et inter rivum
de Badescudera, ex una parte, et culturam
de Berauto, ex alia, sit perpetuò cum
pertinentiis suis, Domini abbatis et domûs
predictæ Casæ Dei, cum omnibus juribus,
Dominiis, deveriis, agrariis, redditibus, exitibus,
et proventibus dicti Territorii de Badescudera,
ad faciendum et complendum inde omnes
proprias voluntates abbatis et conventûs
domûs predictæ Casæ Dei. Item ego predictus
Trencator dico et pronuncio, modo quo suprà,
quod

N°. 73. Lesian. 1276.

quod si Dominus abbas, seu ejus sindicus
Casædei, habens aliquam cartam seu
instrumentum publicum super facto de
Lesiano, quod infrà octo dies tradant eas
Preceptori de aquatincta, vel ejus
Procuratori. Et idem Preceptor, seu ejus
procurator, faciant illud idem, si suprà
facto de Badescudera habeant aliquas
Cartas, seu etiam instrumenta. Item dico
et pronuncio ego predictus Trencator, modo
quo suprà, quod si super facto de Lesiano
aliquis turbaret Templarios in solidum vel
in parte, quod abbas et conventus Casædei
portarent eis guirentiam juxtà consuetudinem
Fezenciaci, et susciperent in se litem: et
etiam dicti Templarii facerent de affario de
Badescudera dicto abbati, si contingeret
illud idem. Item dico et pronuncio ego
predictus Trencator, modo quo suprà, quod
predictus domus de aquatincta infra xv. dies
proximos Domino abbati Casædei, vel ejus
mandato, solvat clxxxa. solidos morlanorum
pro cambio seu melioratione dictorum
Territoriorum pacificè et quietè. Item dico et
pronuncio ego predictus Trencator, modo quo
suprà, quod abbas et conventus Casædei, et
Preceptores domorum de Argentino et de
aquatincta, laudent et ratificent omnia et

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N°. 73. Lelian. 1276. Singula supradicta, et auctoritatem
sibi present quam citò alter per alterum,
vel per eorum Procuratores, fuerint —
requisiti: et ibidem predicti Sindici, seu
Procuratores, nomine Procuratorio pro eis
quorum sunt Sindici, omnia predicta et
Singula per dictum Trencatorem —
pronunciata laudaverunt et homologaverunt,
ut prout meliùs in hoc presenti instrumento
publico continentur. Actum fuit hoc —
ultimâ die mensis februarii, anno Domini
m°. cc°. lxxvj°. dominante Domino —
Geraldo, Comite armaniaci et Fezenciaci,
Amanevo, archiepiscopo auxitano; —
Testes hujus sunt Sancius de Labad, —
Johannes d'Orod, et Vitalis d'Orod, —
fortanerius de Podio, Dominicus de Bologes,
et ego vitalis de ernee, publicus Notarius
de leguno, qui hanc cartam scripsi, et hoc
Signo meo consueto eam signavi, et —
aliam unius et ejusdem tenoris per A. B.
C. condivisas, videlicet singulas utrique —
partium predictarum, et fuit actum in domo
de Arpentiano

Castaynhon. 1278. N° 74. Donation que
Raimond de Biera, chevalier, fit .....
omnibus heredibus et successoribus suis.
universis,

universis, presentibus et futuris, volens —
esse particeps omnium bonorum et orationum, N°. 74. Casedieu. 1278.
quæ cotidie, die ac nocte fiunt et de cetero
fient in Domo et Monasterio Casædei, —
Ordinis Premonstratensis, Diocesis Auxitanæ,
in pura, vera helemosina, pro salute animæ
suæ, et in redemptionem suorum peccaminum,
et Predecessorum suorum, et totius sui generis
Successorum, dedit, et tradidit, et concessit —
omnipotenti Deo, et Beatæ mariæ matri ejus
gloriosæ, Domui ac monasterio Casædei —
predictis, totam illam terram cultam et incultam,
quam terram habebat et tenebat, et habere et
tenere debebat modo aliquo, in territorio vocato
au Pii deu Castayhoo, inter viam publicam per —
quam itur per serram versùs lo Pii de Castayhoo
predictum, ex parte una: et Rivum seu flumen
vocatum Boësium, ex parte altera: et inter —
Rivum vocatum de Pered, ex parte una: et Rivum
de Gelayhano, ex parte altera. Hanc autem —
donationem et cessionem fecit predictus Dominus
Raimundus de Biera, miles, predictæ terræ, cum
omnibus suis pertinentiis et juribus universis —
predicto monasterio, Domui et Conventui Casædei
predictis, et fratri Ramundo-Guillelmi de Caaron,
tunc Priori dicti monasterii et Domûs, ibi presenti
et recipienti predictam donationem pro se et
nomine predictorum Conventûs, monasterii et —
domûs, pro vera helemosina, ut superiùs est —
ex pressum, et in recompensatione multorum
servitiorum, quæ recognovit et concessit quod

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N°. ~~[illegible]~~ 74. Casedieu. 1278.

habuerat et receperat à predictis Domus, monasterii et Conventûs, locis et temporibus opportunis, dequibus se tenuit pro bene pacato et contento ... Renuncians .... et divestivit se predictus Dominus Ramundus de Biera, de omnibus deveriis, juribus et Dominiis, quæ in dicta terra tunc habebat, nec habere debebat modo aliquo, coramme Notario et testibus infrascriptis: et predictum fratrem Ramundum-Guillelmi de Caaron, Priorem, presentem, pro se et nomine dictorum conventûs, Monasterii et Domûs predicti Loci Casædei et recipientem, ut Prior ipsius Loci Casædei, induxit et posuit in plena, pacifica et corporali possessione predictæ terræ, auctoritate ipsius presentis Cartæ per in perpetuum valituræ.... actum fuit hoc apud Ardanacum, secundâ die introitus Julii, anno Domini 1278. regnante Domino Philippo, Rege Franciæ: Amanevo, Archiepiscopo Auxitano: arnaldo-Guillelmi existente Comite Pardiacensi. Hujus rei sunt testes fortius de Latono, Capellanus de Torduno: arnaldus de nemore: Sancius de Ulmo, clericus: et Ramundus de Birano, communis et publicus Notarius Pardiaci, qui de Consensu predicti Domini Ramundi de Biera, et ad requisitionem predicti Prioris, Cartam istam scripsit, et signo suo assueto signavit.

~~[illegible]~~ N° ~~327~~.

Sentence

N° ~~[illegible]~~ 75.

~~[illegible]~~

Sentence arbitrale avec Fortanier, arnaud, oden & Montesin Lupati sur la division des Terres de S.t Jean Pouge & le Sarambat. 1278.

Lupé

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod cùm dissensio et discordia pluries et multoties verteretur inter Religiosum Virum Dominum fratrem Dominicum, divinâ permissione abbatem Casædei, et fratres, et Conventum ejusdem Loci, ex una parte: et Fortanerium Lupati, et arnaldum Lupati, Odonem Lupati et Monthosinum Lupati, fratres Domicellos, ex altera; super terris cultis et incultis, conjunctis et sparsis, quas Domus Sarrambati et Monasterium Casædei habebant mixtim inter terras dicti Fortanerii et dictorum Fratrum suorum, versùs partem S.ti Joannis Potye in diversis Locis: et eodem modo super terris cultis et incultis, quas dictus Fortanerius et fratres sui predicti, habent mixtim inter terras Domûs Sarrambati versùs partem dictæ Domûs Sarrambati in diversis Locis, ut ibi dictum extitit: ~~et~~ predictæ Partes super istis volentes venire ad pacem et ad concordiam, et ad declarationem et divisionem earumdem, se Compromiserunt, scilicet Frater Sancius de Montesquivo, Sindicus dictorum Domini abbatis, et Conventûs, et fratrum Casæ Dei, Canonicus ejusdem Loci, pro se et nomine dicti Domini abbatis et Conventûs et fratrum Casædei, quorum est Sindicus, et nomine dicti monasterii

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N°. ~~24~~ 75. St Jean Pouy Sarambat. 1278.

Casædei, et dicta Domus Sarrambati, —
nomine Sindicatus sui: fratre Johanne de
mort, Canonico Casædei, Capellano Sarrambati;
et fratre Vitale Acavat, fratre Laïco —
habitante in dicto Conventu Sarrambati, —
presentibus ibidem et asserentibus, ex una —
parte: et dicti Fortanerius Lupati, et fratres —
sui predicti, pro se et suis, ex altera: et ~~seu~~
compromittendo se concesserunt super dicta —
discordia et dissensione predictarum terrarum,
quæ sunt, ut ibi dixerunt, inter territorium —
Sarambati, ex parte una: et inter territorium
vocatum de Talhavenhano, ex altera: et inter
Serram de Tabaus vocatam, ex altera: et inter
flumen Baysiæ, ex altera; ~~scilicet~~ scilicet
in fratrem Petrum Maëste, fratrem Laïcum
Casædei, electum per dictum Sindicum, et per —
fratres predictos Casædei; et in Petrum Amati,
Burgensem Vici, electum per dictum Fortanerium
et fratres suos predictos, tanquam in arbitros,
arbitratores seu amicabiles compositores.....
Postquæ predicti arbitri, arbitratores seu
amicabiles compositores .... pronunciaverunt
dictum suum seu arbitrium .... ut sequitur in
hunc modum ...... quod de quodam confino
lapideo, qui est in canto vadi Rivi vocati d'aribat,
quod est propè Baysiam, et deinde per caminum
inferius, qui venit de Birolio per Riperiam —
Baysiæ recte usque ad quendam alium confinum
lapideum,

N°. ~~26~~ 75. St Jean Pouge-sarambat. 1278.

lapideum, qui est ad caput casalis de Binhet,
à parte ante: et sicut idem confinus mandat
recte usque ad alium quendam confinum —
lapideum, qui est ad caput de la andada Sancti
Joannis Pogge infra: et sicut terminus predictæ
andadæ mandat recte de confino in confinum
lapideum, usque ad quendam confinum —
lapideum, qui est au Pontic vocatum à parte
inferiori Rivi ibidem vocati de Grapathir:
et sicut idem Rivus mandat et ascendit —
deinde usque ad quendam alium confinum
lapideum, qui est à parte inferiori ad cantum
dicti termini; et de eodem confino per campum
Cometh hinc superius usque ad quendam —
alium confinum lapideum, qui est suprà —
campum casalis vocati de la Feuguere: et
de eodem confino usque ad quiddam vallum
seu terminum, prout idem terminus seu vallum
vadit usque quendam confinum lapideum, —
qui est propè cantum camini, per quem itur de
Calhaveto usque molendinum Sti Joannis —
Pogge, ubi est quædam magna casta seu —
quercus frusata et crozata: et de eodem confino
deinde recte per caminum superius usque —
Tabauz, de confino in confinum lapideum —
usque quendam confinum lapideum, qui est
superius ex transverso positus: et sic de eodem
confino ex transverso sicut mandat usque —
ad quendam confinum, qui est versus ~~Rivum~~

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

No. ~~74~~.75. St Jean pouge. Sarambat. 1278.

de Bordis: quiquidem confinus dividit terram dicti Fortanerii et fratrum suorum, et terram Ioannis de Blanetto seu deu Bonau, et terram monasterii casae dei et Domus Sarrambati, ex utraque parte sive omnes terrae cultae et incultae cum omnibus et pertinentiis suis à parte inferiori de dictis Caminis et Confinis infrà versus Stum. Ioannem Pogge dicti Fortanerii et dictorum fratrum suorum, et eorum heredum, quas Domus Sarrambati et Monasterium Casae Dei, et dicti Domini abbas et conventus, habent ibi et habere debent citrà predictas confrontationes contentas in predicto compromisso, et omne jus et dominium quod habent et habere debent in eisdem. Et simili modo omnes terrae cultae et incultae cum omnibus juribus et pertinentiis suis à parte superiori de dictis Caminis et Confinis suprà usque Domum Sarrambati, sive domus Sarrambati et monasterii Casae Dei, et dictorum Domini abbatis et conventus, quas dictus Fortanerius et fratres sui predicti, habent ibi et habere debent citrà predictas confrontationes in compromisso predicto positas, et omne jus et dominium quod habent et habere debent in eisdem. Item dixerunt et pronuntiaverunt predicti arbitri arbitratores super predictis dictum

No. ~~74~~ 75. St Jean pouge. sarambat. 1278.

dictum seu arbitrium pro bono pacis et concordiae, quod totum Casale Vinhet vocatum, quod est ultrà predictum Rivum de Bordis, sit, pertineat et pertinere debeat Domui Sarrambati et monasterio Casae Dei: et tota illa terra, quae est ultrà predictum Rivum de Bordis culta et inculta versus illam partem Rivi de Talhaffenano, quae predictis Domino abbati et Conventui pertinet et pertinere debet ratione Casalis de la Glesiolhe, sit predictorum Domini Fortanerii, et fratrum suorum, et eorum heredum, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, et omne jus et Dominium quod habent et habere debent in eisdem. ----- Actum fuit hoc apud dictum Pontic in dicto loco, secundo die introitus Januarii, anno Domini 1278. regnante Philippo, Rege franciae: Dominante Geraldo, Comite Fezenciaci et armaniaci: et Amanevo, archiepiscopo auxitano. Testes hujus rei sunt Ramundus d'Artenhas, Vitalis de Casted mora, Sancius Navar, Guiraldus des Camelhe, Dominicus de Sto. Johanne pogge, Johannes de Colomerio, Johannes de Sto. Johanne pogge, Mattheus de Sancto Johanne pogge, Petrus Johannis de Sto. Johanne Pogge: et ego Guillelmus de la molera, publicus vici notarius. ----------

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N°. ~~38~~ 76.
1279.
Indication des Limites de la Cepede en Poilebon Montesquiou

~~[illegible]~~ ----

Noverint universi hoc presens instrumentum publicum inspecturi seu audituri, quod cum nobilis Baro Dominus Raimundus Aymerici de Montesquivo, et Dominus Hugo de Montesquivo, frater suus, Milites, de voluntate et assensu Arsini, filii dicti Domini Raimundi Aimerici, dedissent et concessissent fratri Sancio de Montesquivo, Canonico et Sindico Domûs Casœdei, et fratri Petro de Montesquivo, Grangiario Hospitalis Sanctœ Mariœ de Vico, plenam et liberam potestatem hostendendi seu mostrandi et declarandi oculatâ fide terminos et adjacentias Casalis de la Cepeda, et Casalis deu Poilebon, et Casalis deus Planhets, et Casalis deu Salabert, et fidelitati et legalitati eorumdem, mostram seu ostensionem dictorum Casalium potuissent, et ostensioni seu mostrœ eorum promisissent stare, et eamdem firmiter observare perpetuò pro se et omnibus successoribus suis, prout in quodam instrumento publico per manum mei Poncii de Birano, publici notarii Vicensis, confecto plenius continetur. Predicti verò frater Sancius et frater Petrus de Montesquivo, Constituti apud Plateas de Leviaco, inter domum de

N°. ~~38~~ 76.
La Cepede.
1279.

de Leviaco, ex parte una: et Pirum de Seguret, in strata publica, ex altera: in presentia et testimonio Religiosi viri et discreti Fratris Dominici, Dei gratiâ abbatis Casœdei: Bernardi de Augerio, Presbiteri: Bernardi de Sto martino, Vitalis adieu, et mei notarii suprà dicti, duodecimâ die exitus ~~mar~~ |27.| Martii, sub anno Domini 1279. Dixerunt concorditer, quod Casalia predicta sunt inclusa infrà terminos inferiùs nominandos, sicut se extendunt et confrontant usque ad terram Casalis deu Casalhon et de las Ninotas, et usque ad Serram vocatam de Tumacauba, quœ dividitur cum nemore de la Lostera, sicut Coffini ibi positi mandant unus versùs alium usque ad quendam Coffinum, quem dixerunt esse in camino peregrino, sicut idem Caminus seu via publica mandat usque ad quendam Coffinum, quem dixerunt esse in Capite Serrœ vocatœ de la Cepeda, ex altera: et sicut eadem Serra de la Cepeda ascendit versùs Serram vocatam de Combiei: et sicut eadem Serra ascendit usque ad quendam Coffinum, quem dixerunt esse propè viam, quœ exit de Castellario de Combiei, ex altera: et sicut via publica, quœ exit de Castellario de Combiei mandat versùs terram vocatam de Cadirano, seu de la Barta, ex altera. Item dixerunt etiam dicti frater Sancius et frater Petrus, -

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N°. 76. La Cepede. 1279.

quod dicti termini seu adjacentiae fuerunt ostensi per eos in presentia dicti Domini Raimundi-Aimerici, qui hoc habuit, ut ibi fuit dictum, pro rato et pro firmo, et in presentia Domini Bresca, militis; arnaldi Daveas, Bajuli montisesquivi: Petri de marrenx, clerici: fratris vitalis de Ferrer, Grangiarii de Marrenx: Dominici Descaunets: vitalis de Baselhac: Anerii dela Barrere: Garsiae Ispani: Raimundi deus mees: Petri Bearnensis: Fortanerii de Leviaco; in festo Beati Matthiae, Apostoli, [24. Fevrier] sub anno Domini 1279. Ego verò Sancius de Birano, predictus Notarius, ad requisitionem dictorum fratris Sancii, et fratris Petri de Montesquivo, omnia predicta et singula scripsi, et in ~~publicam~~ formam redegi, die, et anno, et loco quibus suprà, in presentia testium predictorum de Vico, et dicti Domini abbatis Casae Dei, Dominante Domino Geraldo, Comite Ferenciaci et armaniaci: et Domino Amanevo existente archiepiscopo Auxitano.

~~Page — N°. 39.~~
Conegude

Donation du Tilhet à la Casedieu par ~~[struck]~~ Jordan de Canet, chevalier, pour le salut de son ame & de celle de Marquise, son Epouse, — — — 1280. N°. 77. Tilhet.

"Conegude cause sie aus presents e aus abieders, que Mosenh en Jorda de Caned, Caver, Senhor de Sent aunis ... a donad, e autreiad, ... à Diu e à nostre Daune Sente Marie dela Casediu, e al monester dela Casediu, del orde de Premostier, de l'arcevescad d'aux, e al Senhor fray Romenge, per la gracie de Diu abad dela Casa Diu, e al convent d'aqued meteix log ... per salud de sa anime e dela Daune Marquisa, sa molher ... tot lafar el territori aperad deu Tilhed, asetiad enla parochie de Sencte marie d'aribaute. ... locau afar e territori deu Tilher aperad se confrounta ab la terre de Peyrée dela une part, e ab la terre deudit monester dela casadiu e de Mosenh en Johan d'aribaute, d'autre, e ab la terre de Galihatz, d'autre, e ab l'aigue aperade Arros, de l'aute: ab las confrontacions predites: ejo Ramon-Guilhem du romas, notari de mauborget public, qui aqueste carte fi de autrej e voluntad dela avantdit mosenh en Jorda, e dela predita Madone Na Marquise, sa molher. actum apud Sent aunis, viij Kalendas —

S.ij.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

1280. N°. ~~77~~. ~~La cepede~~

novembris, anno Domini m°. cc°. lxxx°. — Gastone, Vicecomite Bearnii Dominante, in terra ~~[illegible]~~ d'aripera, et Domino Ramundo arnaldi, Episcopo Tarviensi existente.

N°. ~~40~~ 78. Declaration de Raimond-Emeric de Montesquieu sur le pacage, Justice, chasse, vacans de la Grange de Marrenx. 1280.

~~[illegible] de Montesquieu [illegible]~~ . . . —

Noverint universi hoc presens publicum — instrumentum inspecturi seu audituri, quod — nobilis Baro Dominus Raimundus aymerici de Montesquivo, miles, Dominus Castri de montesquivo, constitutus in campo Hospitalis Sanctæ mariæ de Vico in via publica per quam homines tendunt de Vico versus dictum Hospitale, coram testibus et me Notario infrascriptis, anno Domini m°. cc°. lxxx°. Sexto die exitus [19.] Januarii, non cohactus, nec deceptus, nec vi, nec dolo, ad hoc inductus, sed gratis et spontaneus, et de jure suo certioratus, recognovit, concessit et in veritate confessus fuit, quod domus de marrenx et de la Barta, quæ sunt in posse dicti Domini Raimundi aymerici, vel una sine altera ad voluntatem abbatis et conventus Casæ Dei, possunt et eis est licitum per totam terram suam tenere, et mittere, et pascere — quadringentos inter porcos et sues de die et de nocte, et facere cabanas et focum vivum — tenere perpetuo, prout in quodam instrumento — = manum mei Poncii de Birano, communis — Notarii Vicensis, confecto plenius continetur: quod instrumentum et omnia et singula in dicto — instrumento contenta, dictus Dominus Ramundus aymerici

N°. ~~40~~ 78. Marrenx. 1280.

aymerici de montesquivo, pro se et omnibus suis in perpetuum, laudavit, approbavit et confirmavit, et dixit, et in veritate confessus fuit esse vera ad postulationem et — requisitionem fratris Raimundi Guillelmi de Caaron, Prioris domus Casædei, et fratris Sancii de montesquivo, Sindici dictæ domus Casædei: et voluit et concessit predictus Dominus — Raimundus-aimerici, pro se et omnibus — successoribus suis, fratri Ramundo Guillelmi de Caaron, Priori domus Casædei, et fratri Sancio de montesquivo, Sindico ejusdem domus, predictis, pro se et nomine abbatis et Conventus dictæ — domus Casædei, et predictarum Domuum dictæ domus de Marrenx et de la Bartha, stipulantibus et recipientibus, quod quinquaginta inter porcos et sues amplius ultra dictos cccc°. dictæ domus de marrenx et de la Barta, vel una sine altera, ad voluntatem abbatis et conventus casædei, possint et eis licitum sit perpetuo et pacto per totam terram suam tenere et mittere et pascere de die et de nocte eodem modo quo de predictis aliis porcis et suis superius et in predicto — instrumento per dictum militem, ut dictum est, confirmato, pariter est expressum, et Priore, — nomine dictarum Domuum et abbatis et conventus predictorum, occasione et ratione predictorum, et pro quibusdam gagiis quæ dictus miles petebat à fratre Vitale de Ferrer, Grangiario dictæ domus de marrenx, integré in bonis denariis numeratis, taliter quod inde se tenuit bené, firmiter propacato et contento, exceptioni non habitæ, non-

BIBLIOTHÈQUE COMMUNALE DE TARBES

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

~~N°...~~ Marrenx. 1280. N°. 78.

receptae, —— atque, non solutae, et non
numeratae dictae pecuniae, omnino renuntians
et minoris pretii sive injusti —— ultra dimidium.
Promittens firmiter et concedens predictus —
Dominus Raimundus aymerici de montesquivo
per firmam stipulationem predictis sindico
et priori, nomine quo supra stipulantibus, quod
nunquam contra predicta in hoc instrumento,
vel alio predicto, ut dictum est, confirmato —
per dictum militem, contenta veniet per se, nec
per alium veniri faciet aliqua juris vel facti
subtilitate, vel modo quocumque, sed omnia —
predicta et singula, ut in predictis instrumentis
sunt expressa, habere, tenere et firmiter —
observare perpetuo, et nunquam in aliquo —
contravenire, vel contravenienti ullomodo —
consentire, nec opem, consilium vel auxilium —
prebere occulte, nec etiam manifeste. Renuntians
expresse dictus Dominus Raymundus - aimerici
super hoc et consulte, ex sua certa scientia, —
omnibus facti et juris divini et humani, canonici
et civilis, conditi et condendi, fori, usus, —
consuetudinis, privilegii et statuti editi et —
edendi, auxiliis, beneficiis, subsidiis et remediis,
cum quo vel quibus contra predicta vel aliquid
predictorum in judicio vel extra judicium —
venire posset, vel se modo aliquo adjuvare.
Factum fuit hoc anno, die et loco quibus supra,
dominante Domino Geraldo, comite Fezenciaci
et armaniaci, et domino amanevo existente
archiepiscopo auxitano. Testes hujus rei sunt
arnaldus - Guillelmi Barta; Raimundus Barba,
filius

filius suus; Bertrandus den Lissasc, — N°. ~~40~~. 78. Marrenx. 1280.
Domicellus; Guillelmus Bearnensis, valquerius;
Galterus Paissera, clericus; Raimundus —
Guillelmi de Sancto orientio, vicarius de —
Birano: et ego Poncius de Birano, communis
notarius vicensis predictus, qui de voluntate
et assensu predicti Domini Raymundi-aimerici,
et ad requisitionem dictorum sindici et —
prioris, hoc publicum instrumentum scripsi, et
signo meo signavi, quod est tale

~~[illegible]~~
~~[illegible]~~... N°. ~~40~~ 79. Marrenx glandage. 1280.

Noverint universi hoc presens ——
instrumentum publicum inspecturi seu
audituri, quod nobilis Baro Dominus -
Raymundus aymerici de Montesquivo,
miles, dominus castri de Montesquivo, -
non coactus, nec deceptus, nec vi, nec dolo
ad hoc inductus, set gratis et spontaneus
et de jure suo certioratus, recognovit, —
concessit et in veritate confessus fuit, quod
venerabilis et religiosus vir abbas et -
conventus domus Casae Dei, tenens et —
habens omnes terras cultas et incultas
quas habent et tenent in posse suo libere,
et quod ipse miles non habet in eisdem terris
venditiones, imo dictus abbas et conventus
possunt, et eis est licitum, vendere de eisdem
terris cultis et incultis quibuscumque personis
existentibus in posse seu districtu dicti Domini

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N°. 79. Marrenx 1280. Raymundi Aymerici, et inde habere et recipere servicia et venditiones, et omnia jura et leges habere, salvis et retentis ibi eidem Domino et successoribus suis tantummodò Dominiis majoribus in eisdem: et si forté idem Dominus Raimundus aimerici de eisdem terris habere debebat venditiones aliquo jure, vel aliquâ ratione, totum illud jus et venditiones dedit, cesit et concesit dictus Dominus Raimundus aimerici, prose et omnibus suis in perpetuum verâ et irrevocabili donatione factâ inter vivos, nec aliquâ ingratitudine, vel alio modo revocandâ, pro Deo et salute animæ suæ abbati et conventui suprà dictis, promittens firmiter et concedens dictus miles per firmam stipulationem fratti sancio de montesquivo, sindico dictæ domûs Casæ Dei, predictis abbatie et conventui stipulanti, quod contrà predictam donationem et cessionem non veniet, nec venire faciet per se, nec per alium, aliquâ juris vel facti subtilitate, vel modo quocumque. Renuncians - - - - factum fuit hoc apud Vicum in Fezenciaco, xiij°. die introitus aprilis, in presencia et testimonio frattis Sancii de montesquivo, sindici predicti, Domini Raimundi de Cisrio, Domini Bernardi de Sivraco, militum, et mei Poncii de Birano, communis notarii Vicensis, qui de voluntate et assensu dicti Domini Raimundi aymerici de montesquivo, et ad requisitionem dicti frattis Sancii, hoc publicum instrumentum scripsi, anno Domini m°.

m°. cc.° lxxx°. dominante Domino Geraldo, comite Fezenciaci et armaniaci, et domino amanevo existente archiepiscopo auxitano. N°. 79.

~~[illegible]~~ N°. 80.

Sentence arbitrale entre la Casedieu & Bernard Campanees sur des terres au terroir d'oliu.

Noverint universi hoc presens instrumentum publicum inspecturi seu audituri, quod frater Iohannes de Mortanis, Canonicus et Sindicus domûs Casædei, Premonstratensis ordinis, nomine abbatis et conventûs ejusdem domûs et sindicatûs sui, ex parte unâ: et Bernardus Campanees, domicellus, pro se ex altera, compromiserunt gratis in frattem Sancium de montesquivo, Canonicum Casædei, et in Bernardum de Liano, clericum et juris peritum, tanquam in arbittos, arbittatores, amicabiles et compositores, super omnibus actionibus, contioversiis et petitionibus - - - - - ratione quarumdam terrarum, quæ sunt sitæ in affario d'Oliu, ita scilicet quod quicquid predicti duo arbitti - - - potestate dictorum arbittorum usque ad festum Ramis Palmarum primò futurum duraturâ. - - - Qui dicti arbitti, auditis partium rationibus, et hostensionibus dictarum terrarum sibi factis, habito consilio cum peritis, predictis sindico et Bernardo Campanees presentibus, et dictum seu judicium super predictis cum instantia promulgari postulantibus, dixerunt et pronunciaverunt dictum suum concorditer pro bono pacis et concordiæ in hunc modum; -

S v.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Oliu. 1280. N°. 80.

videlicet quod omnes terrae cultae et incultae quae sunt sitae inter Rivum qui exit de fonte d'Oliu, sicut idem Rivus exit à dicto fonte et cadit in aquam vocatam la Ossa, ex parte una: et sicut predictus fons mandat versùs aquilonem rectè cum corda usque ad cumbam plus propinquam Ecclesiae d'Oliu, ex parte altera: et sicut eadem cumba et quidam coffinus, quem dixerunt esse in fundo ejusdem cumbae, mandat usque ad dictum aquam vocatam Ossa, ex alia; et inter eandem aquam, ex alia, sint per medium predictae Domûs Casae Dei, et dicti Bernardi Campanes, ad faciendum et complendum inde omnes suas proprias voluntates. Item et quod dictae partes possint dividere dictas terras ad notitiam duorum amicorum à primo festo omnium Sanctorum proximo futuro in anteà: et quod à dicto termino in anteà dictae partes teneantur venire ad divisionem dictarum terrarum et eligere amicos suos, quando una dictarum partium ab altera super hoc fuerit requisita. Item quod omnes fructus qui de eisdem terris eisdem partibus evenerint ratione terrae meriti, in hac estate proximè futura, dictae partes dividant inter se et habeant per medium pacificè et sine omni contrarietate. Item dixerunt dicti arbitri concorditer, quod si forte dictus Bernardus Campanes aliquod jus vel rationem habebat vel habere intendebat, vel petere seu requirere poterat ullo modo in aliis terris cultis vel incultis sitis in affario d'Oliu, quod

Oliu. 1280. N°. 80.

quod totum illud jus et rationem predictae Domui Casaedei ratione predictae dimidiae partis dictarum terrarum, pro se et omnibus suis in perpetuum quitet, gurpiat et relinquat.... quod dictum seu arbitrium dictae partes laudaverunt... Predicta omnia et singula fuerunt facta, ordinata, dicta, posita et concessa juxtà dictam Ecclesiam d'Oliu, vij.ª die in exitu (22) Martii, in presentia et testimonio Domini Huguonis de Marrenx, militis.... Arnaldi de Bergonhan, Vitalis de Prato, Vicinorum de Correnzano, et Pontii de Birano.... Anno Domini m°. cc°. lxxx°. Dominante Domino Geraldo, Comite Fezenciaci et Armaniaci, et domino Amanevo existente archiepiscopo Auxitano.

Confirmation faite par Caterine de Laguian, fille de Guillaume-Bernard, et de Condor, des donations faites à la Casedieu par ses Aïeux. 1280. N°. 81.

Noverint universi presentes pariter et futuri hoc presens instrumentum publicum inspecturi seu audituri, quod Domina Catherina de Leguiano, filia Domini Willelmi-Bernardi de Leguiano et Dominae Condor, et uxor Sansanerii de Gerderest, de voluntate et assensu, et cum auctoritate Domini Sansanerii, mariti sui ibi presentis, non coacta, nec decepta, nec vi, metu vel dolo ad hoc inducta, set ex certa scientia, grato animo et spontaneâ et liberâ voluntate, et de jure suo certiorata, pro se et omnibus suis in perpetuum approbavit, laudavit, ratificavit et etiam confirmavit ad

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

282. ~~[illegible]~~ GLANAGE,

~~[illegible]~~ Caumont, &c. 1280. N°. 81.

postulationem et requisitionem fratris —
Sancii de Montesquivo, Canonici et Sindici —
domus et monasterii Casæ Dei, Deo et Beatæ
Mariæ Virgini Genitrici ejus, et eidem fratri —
Sancio presenti et recipienti hanc confirmationem,
Concessionem et ratificationem, nomine monasterii
Casæ dei, ordinis Premonstratensis, et pro Domino
abbate et conventu, et pro se et fratribus ejusdem
monasterii presentibus et futuris et habitatoribus
ejusdem loci, omne pignus seu omnem ——
impignorationem, et omnes et singulas donationes,
concessiones, restitutiones, quitationes et —
absolutiones, factum et factas et concessas —
quondam per dictam Dominam Catherinam,
et per dictum maritum suum, et per dictum Dominum
Willelmum Bernadi de Leguiano, Patrem suum,
et per Dominam Condor, matrem suam predictam,
et per Arnaldum et Bernardum de Leguiaro,
Domicellos, fratres suos, predicto monasterio
Casæ dei et dictis abbati et conventui, et fratribus
Casæ dei, videlicet de Territoriis de Caumont,
et de Bergonhano, et de la Tapia, et de Sensjori
et deus Pojoos, cum omni alodio, et juribus et —
pertinentiis suis, et terris cultis et incultis predictis
territoriis spectantibus. Quæ territoria sunt à
strata Sancti Jacobi, quæ vadit à Ponte Saunerii
versus Castrum Salvæ terræ inferius, et ab aqua
vocata Boez usque ad terminos comitatuum
Pardiniaci et Briguorre, prout in quibusdam —
instrumentis publicis per manus Bernadi de la
Gorga, et Raimundi Willelmi d'arromaas, —
notariorum publicorum villæ Malibuigeti, ut —
dicitur,

OU PREUVES.
~~[illegible]~~

~~[illegible]~~ 283.

dicitur, confectis plenius continetur. Promitten[s] N°. ~~[illegible]~~ 81.
.... Renuncians .... Acta fuerunt hæc et ita Caumont, &c.
posita et concessa infra castrum montis Lugduni 1280.
in Pardiniaco, quarta die introitus mensis —
martii, regnante Philippo, Rege Francorum, —
et dominante Domino Geraldo, Comite Ferenciaci
et armaniaci, et amanevo, archiepiscopo —
auxitano existente, et arnaldo Willelmi, —
Pardiniaci Comite, anno ab Incarnatione Domini
m°. cc°. lxxx°. in presentia et testimonio Domini
Petri de Panasiaco, Domini Viguerii de Samatano,
Domini Petri de Petra acuta, militum: Raimundi
de Gerderest, Bernardi deu Poy, arnaldi deu —
Gerderest, et Petri de la Casanha, domicellorum...
et mei Poncii de Sirano, publici villæ dicti Ferenciaci
notarii, qui .... quod est tale.

~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ ....

Vente de Caumont, Senjori, les Poios, la Tapie par Sans de Gerderest, mari de Caterine de Laguian. 1280. N°. 82.

„Conegude cause sie qu' En Sansaner de Gerzerest,
„Daurel, no decebud, ne enganad, ne perforce, mes
„de sa franqua he agradable voluntad, per si he
, per tos los sues presens he abiedere, meto en Verage
, he en durable possessio fray Romenge, per la —
, grace de Diu abbad de la Casediu, de tot lo log de —
, Caumont, he de Bergonhaa, he de la Tapie, he de —
, Senejori, he autteya que ac fare autteja, he jura
, sur lo Sents Evangelis à Na Katerine, sa molher, tot
, die, he tot hore, que lodit Senhe abbad le summan
, lag dillos he lag requeris, he et ne tengud fidances
, per fer autteias he jurar Mossenh En Beguée de —
, Samazaâ, Cuver, audiir En Sansaner, qui reconego
, aqui metis que nave agud he recebud, M.D.L. sos

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

~~[illegible]~~ , de las mas deudis Senhe abbad, he deu —
Caumont, „ Conbent de la Casediu, deus caus se tengo lee per
&c. , pagad à sa voluntad, he ne renuncia à tot dret
1280. , ... de so son testimonis
N°. 82. , he en Ramond-Bernard d'Espoy, Rey de la Casanhe,
, Bernard de Lanafranca, Donzels, he jou Bernard
, de la Gorgue, public notari de Maubourguet, qui —
, aqueste carta fei e i pause mon signe. actum ij.°
nonas aprilis [4] anno Domini m°. cc°. lxxx.

~~[illegible] N°. 44 Enfin le comte de —~~

~~N°. 45.~~

Approbation ~~Pardiac [illegible]~~ ....
par le Comte Noverint universi hoc presens publicum —
de Pardiac de instrumentum visuri, lecturi et audituri, quod
ces Ventes & nobilis Dominus arnaldus Willelmi, Dei gratiâ
confirmations. Comes Pardiaci, non deceptus, non coactus, vi,
1280. dolo, nec metu seu fraude, nec suggestione —
N°. 83. alicujus, vel aliquorum, ad hoc inductus, nec —
circumventus, sed suâ liberâ et spontaneâ
voluntate et animo gratuito, laudavit, confirmavit
et ratificavit pro se et omnibus suis successoribus
presentibus et futuris, ex tunc per in perpetuum,
monasterio Casæ Dei, et omnibus habitatoribus
ejusdem, presentibus et futuris, ordinis —
Premonstratensis, Auxitanæ Diocesis, totam
illam donationem, venditionem seu —
impignorationem, quam vel quas Dominus —
Willelmus-Bernardi de Laguiano, miles, et —
Sancius Anerii de Gergeret, Domicellus, de —
consensu et voluntate expressis, ut ibi ~~[illegible]~~
fuit dictum, Dominarum uxorum suarum, —
scilicet Dominæ Condor, et Dominæ Katerinæ,
et

et etiam aliorum heredum predicti Domini ~~N°. [illegible]~~
Willelmi Bernardi, de omnibus suis honoribus Caumont.
et possessionibus cultis et incultis, aquis — 1280.
fluentibus et non fluentibus, quas habebant N°. 83.
et habere debebant, vel ad ipsos seu Dominas
spectabant et spectare debebant ullo modo in —
predictis terris, seu Villariis de Caumonte et de
Bergonhano, cum omnibus juribus et pertinentiis
suis, seu in aliis terris infrà terminos et confrontationes
contentas in instrumentis confectis et declaratis,
ut ibi ~~[illegible]~~ fuit dictum, per magistrum Bernardum
de Gorgua, et per magistrum Raimundum Willelmi
de Romas, notarios communes de Maloburgeto, —
plenius est contentum, quocumque titulo ex —
predictis ad predictum monasterium provenerint.
Et ibidem predictus Dominus Comes promisit et —
convenit omnia premissa et singula, sive inferiùs
scripta et in hoc publico instrumento contenta,
ita tenere perpetuò et servare pro se ipso et suis
successoribus, quemadmodùm est premissum, et non
contravenire in judicio, nec extrà judicium, per se,
nec per aliquam interpositam personam, in solidum,
vel in parte, nec etiam consentire venienti aliquâ
juris vel facti subtilitate. Item concessit predictus
Dominus Comes predicto monasterio Casæ Dei, et
+ ejus habitatoribus presentibus et futuris, et fratri
Sancio de Montesquivo, tunc Sindico predicti —
monasterii, quod si ab aliis Dominis vel Dominabus
de Laguiano in Villariis et terris predictis de Caumonte
et de Bergonhano possent aliquid vel totum adquirere,
emere, nec habere modo aliquo, vel quovis modo, —

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

[illegible] Caumont, &c. 1280. N°. 83.

quod ipse ratum et gratum habebit per in perpetuum, sicut in premissis est dictum et concessum; et quod ratione dictæ acquisitionis seu emptionis, non petet vendas, nec aliquod jus seu servicium à dicto monasterio, nec à conventu, nec à suis successoribus. Item ibidem predictus Dominus Comes in dictis terris et villariis de Caumonte et de Bergonhano retinuit sibi, et suis successoribus et heredibus, illud idem dominium et illam eandem jurisdictionem, quam habet in aliis castris Dominorum Castri de Laguiano, Comitatus Pardiaci. Item retinuit sibi predictus Dominus Comes in predictis terris seu villariis de Caumonte et de Bergonhano, quod abbas, nec conventus casædei, non possint populare cum aliquo Pattionario in predictis terris seu villariis de Caumonte et de Bergonhano, nisi cum eodem Domino Comite, sine speciali ejus licentia et voluntate, ac suo proprio assensu: tamen si per se vellent aut possent predicta territoria aut loca populare, aut aliquod de predictis locis, eis dedit et concessit per se plenam et liberam potestatem populandi, aliter minimè. Item insuper, quamvis ex superabundanti videatur, promisit predictus Dominus Comes Pardiacensis, pro se et suis omnibus, de omnibus personis de mundo, in judicio et extra judicium predicto monasterio et

[illegible] Caumont, &c. 1280. N°. 83.

et conventui casædei, ac eorum successoribus, et fratri Sancio predicto presenti et recipienti, pro se, et nomine predicti monasterii et conventus Casæ dei, bonam et firmam guirenthiam ex parte dominationis. actum fuit hoc apud montem lugdunum in Pardiaco, pridie Idus |12.| Januarii, anno Domini 1280. regnante Domino Philippo, Rege Francorum: amaneuo, archiepiscopo auxitano: predicto Domino arnaldo-Guillelmi existente Comite Pardiacensi, ut superius est expressum et dictum. Hujus rei sunt testes vocati et rogati Dominus Bernardus de Insula, frater predicti Domini Comitis. Dominus Beguerius de Samatano, milites: frater arnaldus de Mongeto; frater Geraldus de Piribus, Canonici et sacerdotes predicti monasterii casædei: Guillelmus, faber de Montelugduno: Vitalis de Columbato: Vitalis faber, filius Guillelmi Faber predicti: et Raimundus de Birano, communis et publicus notarius Pardiaci, qui ad requisitionem predicti fratris Sancii, et de consensu et voluntate predicti Domini Comitis, duas cartas inde scripsi unius ejusdemque tenoris per A B C divisas, et signo meo assueto signatas.

[illegible] Les Limites du Terroir de Caumont sont exprimés dans deux actes de vente du même Terroir: l'un du 1er Fevrier 1504. consenti par Bernard, Vicomte de Riviere, seigneur de Labatut, Senechal d'armagnac, à faculté de rachat en faveur de noble Bernard de Serinhac, habitant de Marciac, pour 200 l. tournois; l'autre du 1er fevrier 1534. en faveur de Jean Dupuy, Docteur en droit, habitant de Marciac, du consentement de Nicolas de Serinhac, fils

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

~~[illegible]~~. Limites de Caumont 1534. N°. 84. et heritier de Bernard, par Jean, Vicomte de Riviere, pour 500$^{\text{d}}$. avec toute Justice, [cum jurisdictione, quam habet ibi totalem] le moulin ruiné, les fonds nobles sans y pouvoir retablir que la Tour. Anteriori cum itinere publico eunte tendente ergà et ad Ecclesiam S$^{\text{ti}}$. Romani de Samasano : retrò in omnibus et per omnia cum fluvio predicto vocato la Ros, et ad longum ejusdem fluvii : et inferiori solùm et duntaxat cum itinere publico S$^{\text{ti}}$. Jacobi : Superiori verò cum territorio de Samazano, Comitatûs Pardiaci, usque propè molendinum ejusdem loci de Samasano .... Confrontantur predicti Locus et territorium, à parte antè cum fluvio sive Rivo appellato sive communiter vocato lo Laüs : à parte retrò cum fluvio vocato lo Lascorr : Superiori verò cum territorio S$^{\text{ti}}$. Justini, et predicto territorio de Samasano, et quodam Rivo appellato „Lou Rieu de Samasan et Caumont „ et ad longum ejusdem Rivi tendentis et intrantis predictum Rivum deu Laüs : inferiori autem parte cum itinere publico tendente versus et ergà territorium vocatum au Naures, sive aux Prats de Caumont, inclusivè : et sic ad longum dicti fluvii Roscii ascendente et exeunte ad iter publicum et regium S$^{\text{ti}}$. Jacobi, directè tendente, eunte et finiente ad Ecclesiam sive Hospitale S$^{\text{ti}}$. Eutropii, et predictum fluvium vocatum lo Laüs, dictum Locum, territorium et jurisdictionem terminantem et finientem de Caumonte ... le tout avec fiefs, Lods et ventes, foriscapes, acaptes, arriere captes, franc d'hommage au Roi, au Comte et à qui que ce soit.

Jean et Antoine de Riviere, Pere et fils, ratifierent cette vente l'an 1567. en faveur de Gaillard de Baure, aiant cause de Jean Dupuy, moyennant 250$^{\text{d}}$. qui furent comptées par de Baure.

Noverint

1281. N°. 85. Vente du casal de la Lanne à la Casedieu par Jean de Fajeded. Hagedet.

Noverint universi presentes pariter et futuri, hoc presens instrumentum inspecturi seu audituri, quod Johannes de Fajeded, cum assensu et voluntate matris et uxoris suæ, ac filii sui, pro se et heredibus suis, non coactus, nec deceptus, nec vi, nec dolo, ad hoc inductus, sed gratis et spontaneus, et de jure suo certioratus, ac proviso et benigno animo, bonâ fide, vendidit jure proprio in perpetuum, et titulo puræ et irrevocabilis venditionis tradidit fratri Sancio de Montesquivo, Canonico, Sindico Casæ Dei, nomine abbatis et conventûs Monasterii Casæ Dei, Premonstratensis ordinis, auxitanæ Diocesis, pro ipsis et successoribus suis ementi et recipienti, omnia jura et omnia dominia utilia et directa, et omnes actiones, electiones, reales, personales, mixtas, utiles et directas, et aliâs quæcumque et quascumque predictus Johannes de Fajeded, Domicellus, venditor, per se et nomine predictorum habebat et

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N°. 85. Lalanne. 1281.

habere debebat, et ei pertinebat et spectabat, et pertinere et spectare debebat, ullo modo, in toto, casali vocato vulgaliter de la Lane, cum juribus et pertinentiis suis, et in omnibus hominibus ac mulieribus natis et nasciturus dicto casali pertinentibus: quod quidem casale seu territorium ejusdem est in parrochia Sancti Johannis de Sancto Dionisio, et confrontatur à parte superiori casali Vitalis Lane, à parte inferiori casali deu Castaih, à parte anteriori terræ de la rotiss, à parte posteriori casali deu Tujagaa, ad habendum, tenendum et possidendum, et quicquid eisdem abbati et conventui Casædei, et successoribus suis, deinceps placuerit perpetuò faciendum, cum introitu et exitu, questis, serviciis, et omnibus et singulis dictis rebus predictis illi casali hominibus et mulieribus contentis, spectantibus et pertinentibus quoquomodo infrà predictos cofinos, vel alii si qui forent, ullatenùs continentus, pro precio D. solidorum morlanorum: quod precium dictus Johannes recognovit et confessus fuit habuisse, recepisse ac idem datum integrè et solutum esse; — exceptioni

N°. 85. Lalanne. 1281.

exceptioni non dati sibi, non soluti precii in bona pecunia numerata omninò renuncians, et si ea superiùs vendita plus valebant in futurum precio antedicto totum illud plus valens quodcumque sit, vel fuerit, et si dimidium justi precii excedebat gratis ex causa donationis puræ, liberæ, simpliciter et irrevocabiliter inter vivos factæ, non ex sola prioris contractûs dedit, cessit et concessit prefatis abbati et conventui Casæ-Dei, et dicto fratri Sancio, sindico, pro dictis abbate, conventu et successoribus suis, stipulanti et recipienti pro omni voluntate dictorum abbatis, et conventûs et successorum suorum, idem de toto perpetuo facienda; renuncians expressè super hoc et consultè, ex sua certa scientia, juribus dicentibus venditionem recindi posse si venditores ultra dimidiam justi precii sunt decepti; et juribus quæ dicunt justum precium in venditionibus debere impleri, et beneficio restitutionis in integrum, et omni rei coherenti, et auxilio et beneficio illius juris, quod dicit donationem causâ ingratitudinis donatarii revocari posse; et illius juris quod dicit donationem

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N°. 85. Lalanne. 1281.

factam ultrà valorem D. solidorum —
aureorum, sine insinuatione judicis vel —
Pretoris, non valere, et denique omnibus —
facti et juris divini et humani, canonici et
civilis, conditi et condendi, fori, usûs, —
consuetudinis, privilegii et Statuti editi et
edendi auxiliis, subsidiis, beneficiis et remediis,
cum quo vel quibus circà predicta, vel aliqua,
seu aliquid de predictis, in judicio, sive extrà
judicium, venire posset, vel se modo aliquo
adjuvare: et predictus Johannes, Domicellus,
ibidem exuendo et divestiendo seipsum de
suprà venditis, dictum frattem Sancium, —
Sindicum, nomine abbatis et conventûs suprà
dictorum, stipulantem et recipientem, investivit,
et posuit in corporalem possessionem de predicto
Casali de la Lane, hominibus et mulieribus, et de
omnibus aliis et singulis ut vendidit superiùs, in
manu nobilis viri Domini Gastonis, Vicecomitis
Bearnii, et Dominæ Constantiæ, nobilis filiæ
primogenitæ Domini Gastonis predicti, et in
presentia ~~nobilis Dominarum~~ nobilium Dominarum Dominæ Mathæ, —
Comitissæ armaniaci et Fezenciaci, Dominæ —
Marguaritæ, Comitissæ Fuxensis, et Dominæ —
Guillelmæ, filiarum dicti Domini Gastonis, qui —
dictum frattem Sancium, Sindicum, nomine —
predictorum

N°. 85. Lalanne. 1281.

predictorum abbatis et Conventûs Casædei,
in predicto Casali, et in omnibus suis suprà
predicta — et laudaverunt et promiserunt
dicto fratti, Sancio, nomine quo suprà, deffendere,
et amparare de omnibus hominibus de mundo
ex parte Dominationis, salvo — Johannes,
venditor, per firmam stipulationem sine —
exceptione et — obligando alia bona sua
mobilia et immobilia, presentia et futura
ubi habentia dicto fratti Sancio, nomine —
dictorum — minimam questionem —
vel aliqua, seu parte eorum, ullo tempore, nec
inferre — aliquatenùs aliter facere, nec —
opem, consilium — prebere occultè, nec etiam —
manifestè, et sacrosanctis Evangeliis corporaliter
tactis, promisit omnia suprà vendita et singula
ut meliùs superiùs sunt expressa, tam in —
proprietate, quam in possessione, ab omni —
homine et Universitate legitimè defendere et
auctorizare, disbrigare et guirire, et universa
et singula suprascripta — firma et rata —
habere et tenere, et aliquid non contrà facere —
per se, vel per alios, aliquâ ratione, vel ingenio,
in judicio seu extrà judicium, in aliqua curia —
ullo modo. quæ omnia et singula fuerunt —
facta, posita et confessa apud malumburguetum,

N°. 85. Lalanne 1281. decimo die mensis Junii, presentibus testibus qui suprà., E nos En Gaston e^a Constance
„ soberditz retenguda nostras soberdites que
„ ——— nostre Seinhorie,
„ Jestort e ses prejudici far à d'autruy, —
„ confermam ladite vende. en
„ testimoniadge de laquau nos avem
„ pausad nostres sagedz en la present
„ carte. Jo maestre Pey dortes === de
„ moseiher En Gaston, escrivei tant quant
„ hi a de lettre menude de la darrere —
„ terre linhe. Datum ubi suprà, anno — Domini millesimo ducentesimo octuagesimo primo.

1282. N°. 86. Liu.

Donation par Bernard de Companhees au Liu en faveur de la Casedieu.

Noverint universi quod Bernardus de — Campanees, Domicellus, suâ sponteneâ — voluntate, non inductus dolo, nec vi, nec — circumventus fraude aliquâ, vel deceptus, — dedit donatione purissimâ irrevocabili inter vivos, Deo et domui Casædei, et fratri Stephano Lobat, Dei gratiâ abbati ejusdem Domûs, — presenti et recipienti pro dicta domo et — successoribus suis, totam illam terram, quam ipse habet vel habere debet per se vel per — alium in territorio ubi homines vocant — vulgariter au Liu, sive sint terrae merita, vel alia

N°. 86. 1282. Liu.

alia deveria eidem pertinentia in — territorio supradicto, ad omnes voluntates — dictae domûs Casædei inde perpetuò faciendas, sine aliquâ retentione, conditione seu — exceptione, quam ibi dictus Bernardus non fecit, nec retinuit, nec reservavit, imò debet (dedit) et firmiter promisit predicto abbati Stephano nomine quo — suprà, esse bonus guirens in judicio vel extra — judicium de omnibus amparatoribus ex suis partibus in futurum. quam predictam — donationem et omnia supradicta predictus — Bernardus fecit in redemptionem animae suae et parentum suorum, et divestivit se ex toto, tam de proprietate, quam de possessione, die — infrascripta (infrascriptâ) in presentia mei notarii et in presentia testium subscriptorum, et investivit inde dictum abbatem presentem et recipientem pro dicta — domo.... Renuntians.... factum fuit apud — Vicum, xj^a. die introitus mensis marcii, anno — Domini m°. cc°. lxxx°. secundo, Regnante Philippo, Rege franciae, dominante Domino Geraldo, — Comite armaniaci et fezenciaci, et domino — amanevo existente archiepiscopo auxitano. —

Arnaud Guillaume de Guiscos, notaire de Vic-fezensac, retint cet acte, qui fut expedié l'an 1311. Bernard etant Comte d'armagnac et de fezensac, en presence de Manaud de Baulat, Damoiseau, par Bernard de Serrerio, notaire du meme lieu, à ce commis par Arnaud de Massanis, chevalier, et Yspan de Manhoac, damoiseau, regens en la senechaussée d'armagnac et de Fezensac.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarb

N°. 87. 1282. Sabasan.

Ratification par Pierre & Bernard de Sabasan des acquisitions de la Casedieu par Bernard de Sivrac.

~~[illegible]~~ Notum sit cunctis, quod Petrus de Sabazano, et Bernardus de Sabazano, fratres, non coacti, nec decepti, nec vi, nec metu, vel dolo ad hoc inducti, sed suâ merâ et liberâ voluntate, dederunt, cesserunt, concesserunt, et quasi absolverunt et quitaverunt, dimiserunt et gurpierunt pro se et omnibus suis in perpetuum donatione irrevocabili factâ inter vivos cum hac presenti Carta perpetuo valitura monasterio Casæ dei et conventui ejusdem loci, et Religioso viro Domino fratri Stephano, divinâ providentiâ abbati Casœdei ---- omnes terras cultas et incultas cum omnibus juribus et pertinentiis suis, quas habere predicti Dominus abbas et conventus obtinere et impetrare possint dicto, judicio, compositione, redemptione, seu alio modo quocumque à Domino Bernardo de Sivraco, milite ---- super exterminationibus et limitibus territorii de Castanha pertinentis dicto Domino Bernardo, et territorii de Lastiga pertinentis dictis Domino abbati, et conventui, et monasterio Casœdei, ratione dominii ---- dicto, judicio, compositione, emptione, redemptione, seu alio modo quocumque à Domino Carbonello de Petrucia, Domicello, et suis parcionariis ---- super exterminationibus et limitibus territorii

N°. 87. Sabasan. 1282.

territorii de Jassa pertinentis predicto Domino Carbonello et suis parcionariis, et territorii de Lastiga pertinentis predictis Domino abbati et Conventui monasterii Casædei, ratione dominii, vel quasi, super terris eorundem territoriorum et omnia jura, et omnes actiones reales et personales et mixtas, quæ et quas habebant et habere debebant, et sibi competebant et competere poterant et debebant, tam de facto, quam de jure, aliquâ ratione, donatione, cessione, et quocumque contractu contrà dictum Bernardum de Sivraco et contrà dictum Dominum Carbonellum, et suos parcionarios, ratione dictarum terrarum, et in dictis terris lucrandis, obtinendis et habendis. ---- factum fuit hoc iiij°. die introitus Januarii. Testes hujus rei sunt Fortanerius Lupati, Arnaldus Lupati, Odo Lupati, Domicelli: magister Poncius de Birano, notarius: et ego Guillelmus de la Molera, publicus Vici notarius ---- anno Domini 1282. regnante Philippo, Rege Francie; Dominante Geraldo, comite Fezenciaci et Armaniaci; et Amaneo, archiepiscopo Auxitano.

~~Leypé~~

leypé

N°. 88. 1282. Tabaus.

Affranchissement des Habitans de Tabaux par l'Abbé de la Casedieu.

Noverint universi presentes pariter et futuri hoc presens instrumentum publicum inspecturi seu lecturi, quod Religiosus vir et discretus frater Stephanus, Dei gratiâ abbas domûs Casæ Dei, et frater Sancius de Montesquivo;

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N° 88. Tabaux. 1282.

frater arnaldus-Guillermi de Torduno;
frater Joannes de Morlanis, Sindici ejusdem
domûs casæ dei, non coacti, nec decepti, nec
vi, nec dolo, nec metu ad hoc inducti, sed
gratis et spontanei, et de jure seu de facto
donaverunt, quitaverunt et affranquiverunt
pro se et successoribus suis in perpetuum, Vitalem
de Tabautz, Joannem de Tabautz, et Guillelmum
de Tabautz, et Vitalem Sauquet, et Petrum
de Tabautz juniorem, et heredes suos et
successores eorum, bona mobilia et immobilia,
presentia et futura, de omni censu et questa,
et de omnibus servitutibus et deveriis, quos et
quæ predicti homines faciebant et facere
consueverant et debebant predictis abbati et
conventui, vel ipsi abbas et conventus ab eisdem
hominibus et in eorum bonis petere seu
requirere poterant et habere, ullo modo,
ratione, nomine seu occasione hominii vel
Dominii, questæ vel servicii ratione terrarum
cultarum et incultarum, vinearum, domorum
et aliarum rerum mobilium et immobilium
quas predicti homines tenent in toto Casali de
Tabautz et pertinentiis suis, per terram vel
per aquam, omnibus locis, pro quatuor solidis
morlanis, et pro una conca avenæ, quos et
quam unusquisque dictorum hominum ubicumque
essent habitantes tenendo dicta bona faciant
et solvant ac solvere teneantur dictis abbati
et

et conventui, et successoribus suis, vel eorum
certo mandato apud domum Sarrambati,
ratione servicii et deverii in festo nativitatis
Domini annuatim: et si forte predicti homines,
vel aliquis illorum, dimitterent seu gurpirent
dictas terras quas tenent et possident in dicto
Casali de Tabautz, voluerunt et concesserunt
dicti homines, quod possessio dictarum terrarum
illius vel illorum relinquentium easdem,
reverteretur ad jus et proprietatem abbatis
et conventus predictorum pacificé et sine omni
contradictione. Item voluerunt et concesserunt
predicti abbas et Sindici, quod si forte contingeret
quod predicti homines, vel aliquis eorum, darent
seu dividerent in toto vel in parte terras, vineas
vel alia bona, quæ tenent in predicto Casali
de Tabautz, filiis, vel filiabus, vel aliis
heredibus suis, quod quilibet eorum secundum
quod partem haberet et teneret de eisdem rebus
sibi datis et traditis in dicto Casali solveret ubi
dictum est de servicio supradicto. Item dicti abbas
et Sindici, pro se et nomine quo supra, dederunt
et concesserunt predictis hominibus, et heredibus
suis, et familiæ suæ, et animalibus suis, plenam
et liberam padoenciam aquarum, herbarum,
foliorum, glandium et aliorum pascuorum,
lignorum et fustium per omnes terras cultas et
incultas, et per totum districtum dictæ domûs
Sarrambati de die et de nocte, ut propriæ familiæ

N° 88. Tabaus. 1282.

N°. 88. Tabaux. 1282.

et animalibus dictæ Domûs Sarrambati, salvâ et reservâ sibi dictis abbati, et conventui, et domui Sarrambati, totâ illâ Bartâ, quæ est inter — terram Fortanerii Lupati, ex parte una: et rivum qui exit de fonte de Lespiau, ex altera, sicut idem rivus inundat inferiùs versùs Baysiam, in qua predicti homines, nec eorum familia, non debent intrare, nec padoentiam habere sine dictorum abbatis et conventûs licentia et eorum validitate, nisi quod alii eorum vicini, de assensu et validitate eorumdem abbatis et conventûs, intrarent in dicta Barta et servitutem haberent: quod si hoc facerent, quod dicti homines de Tabautz, et eorum familia, eodem modo quod ipsi haberent in dicta Barta similiter servitutem. Item voluerunt et concesserunt dicti abbas et Sindici, quod si accideret quod ipsi abbas et conventus darent seu infeodarent de terris cultis sive incultis dictæ Domûs Sarrambati pro terræ merito vel quolibet alio titulo aliis — hominibus, quod dicti homines de Tabautz, si — vellent, haberent easdem, retinerent quæ pro — cunctis aliis personis pro eodem precio seu modo quod aliis concederentur, darentur vel traderentur. Factum fuit hoc propè terram de Tabautz, nonâ die exitus novembris, in presentia et testimonio Domini Raimundi-Aimerii de Montesquivo, Domini Raimundi de Cionio, Domini Bernardi de Sivraco, militum; magistri arnaldi de Cassanea: fortanerii Lupati, Domicelli: et mei Petri de Birano, publici notarii Vicensis.... anno Domini 1282. regnante Philippo, Rege Francorum: Dominante domino Geraldo, Comite Armaniaci ~~et Fezenciaci~~: et domino amanevo, existente archiepiscopo auxitano.

lupé

~~Rege~~ N°.
Et futuri

~~[illegible]~~.

N°. 89.

Donation de la Casalade à la Case-dieu par Condor, ~~fille~~ de Vital de la Fitte, femme d'Arnaud Wm. de Ricourt. | 1284. Casalade.

et futuri presentes Litteras inspecturi, seu etiam audituri, quod Domina Condoria, filia Domini Vitalis de la Fite, militis — quondam, et uxor domini arnaldi-Guillelmi de ~~la Fitte~~ mer de Rivo curvo, que je crois etre le même que d'Arricorb. | == nec decepta, nec vi, nec dolo, nec metu ad hoc inducta, sed suâ merâ, spontaneâ et liberâ voluntate, et suo proprio motu, certa de facto, et == cessit et concessit, et titulo puræ, veræ, — simplicis donationis et irrevocabilis factæ inter vivos cum hac presenti carta perpetuò valituræ, et == pro se, et omnibus suis — presentibus et futuris, de consensu expresso et voluntate predicti Domini arnaldi — Guillelmi, mariti sui, et Vitalis et mariæ, eorum filiorum, presentium et assencientium, Deo omnipotenti et Beatæ Mariæ de Casadei, et monasterio Casæ Dei, et Reverendo in — Christo Patri Domino Stephano, Dei gratiâ abbati Casæ Dei, et humili conventui ejusdem Loci, ordinis Premonstratensis, auxitanæ diœcesis, et fratri Sancio de Montesquivo, Priori — ejusdem Loci, presenti et recipienti nomine dicti monasterii, et dictorum Domini abbatis et conventûs, et eorum successorum, et pro ipso

Lafitte

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N°. 89. Casalade. 1284.

et ejus successore, in puram et veram — et helemosinam absque omni diminuttione et retentione, omni que impedimento postposito et remoto, pro Deo et salute animæ suæ, et animarum Patris sui, et matris suæ, et totius sui generis, et mariti sui predicti, et filiorum suorum, et filiarum suarum, quatuor casalia, videlicet casale de la Casal~~ade~~, casale seu terram d'Aran, motam de Ripealta, et Bedatum dictæ motæ, quæ habebat et habere debebat, et sibi pertinebant ~~et~~ pertinere poterant et debebant, tam de jure, quam de facto, apud la Rocham et in Parochia de la Rocha, cum omnibus — introitibus et exitibus, et cum omnibus — juribus et pertinentiis suis, et omnia servicia denariorum, quæ in dictis casalibus seu terris habebat et habere poterat et debebat, et omnia jura et deveria quæ in dictis — casalibus seu hominibus dicta Casalia — tenentibus et possidentibus habebat et — habere poterat et debebat, et totum dominium utile et directum, et omnes usus, expleta, servicia, questas, mandata, banna, et — omnes leges majores et minores, et omnia alia jura tacita et expressa, quæ sibi — competebant et competere poterant et — debebant in predictis casalibus et mota — omnibus et singulis, et in hominibus predictorum casalium. Quæ casalia supradicta seu terræ

N°. 89. Casalade. 1284.

terræ supradictæ et mota confrontantur cum casali de Fageto, à parte anteriori; et cum terra de Chaaroo, à parte posteriori, et cum rivo d'arand, à parte superiori; — et cum via publica per quam itur de — Marcelhano per serram versus lo cau, à parte inferiori. et dictæ terræ seu — casalia sunt infrà dictas confrontationes ad habendum, tenendum, possidendum, utendum, explectandum, vendendum, — alienandum, et quicquid eis perpetuò — placuerit faciendum, cum omni ——— melioramento quod ibi poterit et aucmento evenire, sine omni contradictione ipsius et suorum, nomine quo suprà, super dicta — casalia, motam et dictos homines, et alia supradicta universa et singula dicta domina Condoria promisit et concessit predicto domino abbati et conventui, et eorum successoribus, et dicto fratri Sancio, presenti et recipienti nomine quo suprà, facere et portare bonam et validam guirentiam de omnibus personis totius sui generis, et de omnibus personis, quæ nomine suo, vel alicujus, in contrà — predicta, vel aliquid predictorum, ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ venirent seu venire attemptarent, in loco, nec in tempore

N°. 89. Casalade. 1284.

ullomodo, sub obligatione omnium
bonorum suorum, omnibus locis, super
proprietate et super omni turbatione et
vexatione, questione et demanda, quam
vel quas, aliquis, seu aliqui, facere ~~at~~ eis
vel facere posset in predictis, seu in aliquo
predictorum, et divestivit se predicta
Domina Condoria de toto, et tam de
possessione, quam de proprietate, et de
omnibus predictis et singulis in presenti
Carta contentis, et deinde de eisdem
investivit predictos Dominos abbatem et
Conventum, et ~~[illegible]~~ Priorem predictum presentem
et recipientem, nomine quo supra, et ipsos
induxit in veram, pacificam et corporali
possessione omnium predictorum et
singulorum auctoritate presentis Cartae,
et fecit et constituit ipsos veros possessores
et veros Dominos, et certos procuratores
tanquam in rem suam: promittens et
concedens sub omni renunciatione et
cautela, se omnia predicta et singula
rata et illibata servare perpetuò, et in
aliquo non contravenire per se, vel per
aliam interpositam personam, aliquâ
ratione, seu aliquâ juris vel facti subtilitate,
vel modo quocumque, in judicio sive extra,
in solidum, vel in parte, nec etiam in
contravenienti consentire. Renuncians
insuper

insuper gratis, et specialiter expresse omni beneficio — N°. 89. Casalade. 1284.
juris ~~[illegible]~~ divini et humani, canonici
et civilis, forique privilegio, et omni usui,
consuetudini et dominio, et omnibus
statutis terrae, loci vel curiae, editis et
edendis, et exceptioni doli mali, pacti
conventi, et causae totius ignorantiae, et
restitutioni in integrum, et omnibus aliis
exceptionibus et deffensionibus, impugnationibus,
et omni diei pro consilio habendo, et
omnibus diebus guirentis; et juribus quae
dicunt donationem factam, causâ
ingratitudinis, revocarî posse; et juribus
quae dicunt donationem factam
excedentem summam quingentorum
aureorum sine insinuatione Judicis non
valere: et juribus quae dicunt donationem
factam propter immensitatem revocari
posse: et legi Juliae de fundo dotali, et
juribus ypothecarum, et omni favori dotis,
et omnibus aliis juribus in favorem
mulierum factis et faciendis, et omnibus
beneficiis, privilegiis, adjutoriis et remediis,
per quae posset contrà premissa, vel aliquid
premissorum venire, aut se modo aliquo
deffendere vel juvare, aut aliquid revocare
vel infringere de predictis. actum fuit hoc et
concessum apud Locum de Rivo curvo, viij.
Idus (6.) decembris, anno Domini M°. cc°. lxxx°. iv°.

V. iij.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon -

N°. 89. Casalade. 1284.

Philippo, Rege Franciæ, regnante; — Domino arnaldo-Guillelmi de monteLugduno, Comite Pardyacensi, dominante; Domino amanevo, archiepiscopo auxitano, — existente. Hujus rei sunt testes Dominus Biguerius de Samatano, miles: frater — Pettus de Garads, Canonicus Casæ Dei: — Bettardus de Pausaderio, oddo de Pontheac, domicelli, et Donatus de Calciata: et ego — arnaldus Guillelmi de la Fita, publicus Pardyacensis Notarius, qui ad requisitionem et instantiam predicti Domini Prioris, et de consensu et voluntate dictæ Dominæ — Condoriæ, et aliorum predictorum, istam Cartam scripsi, et in formam publicam redegi, et signo meo quo utor signavi.

La Serre & la Serrade. 1292. N°. 90.

Vente faite à la Casedieu par Force Sance de Lados des casals de la Serre & la Serrade.

NOtum sit cunctis, quod Dominus Fortiu, Sancii de Lados, miles, non coactus, nec deceptus, nec vi, metu vel dolo, seu aliquâ fraude, vel aliquo malo ingenio ad hoc inductus, sed ~~bdâ~~ suâ merâ et liberâ voluntate, et suo proprio motu, certus de facto et certioratus de jure suo, — vendidit, dedit, tradidit et concessit, absolvit et quitavit, et titulo puræ, veræ, simplicis et irrevocabilis venditionis, gurpivit et desemparavit pro se et omnibus suis in perpetuum presentibus et futuris, Monasterio Casædei, ordinis Premonstratensis, Auxitanæ Diocesis, ac religioso viro Domino Stephano, Dei gratiâ abbati dicti monasterii, et conventûs ejusdem loci, et eorum — Successoribus,

La Serre & la Serrade. 1292. N°. 90.

Successoribus, et michi notario infrascripto stipulanti, nomine dictorum monasterii, abbatis et conventûs, Casalia de la Serre et de la Serrade, sita in Parrochia Sancti Jacobi de monteleporis, cum introitibus et exitibus, et omnibus juribus et pertinentiis suis et deveriis, et omnes homines natos et nascendos, et omnes questas et servitia Casalium predictorum sibi competentia, et quicquid juris — habebat et habere debebat in dictis Casalibus et terris dictis casalibus pertinentibus, et sibi competebat et competere poterat et debebat, tam de facto, quam de jure, in predictis casalibus et habitantibus in eisdem; quæ casalia confrontantur cum terra Galini de Callivelo, Domicelli, et Domini Bernardi de Sirraco, militis, ex una parte; et cum terra monasterii Casæ Dei, ex aliis; scilicet ad habendum, tenendum, possidendum, utendum, expletandum, vendendum, alienandum, et quicquid dicto monasterio et Domino abbati, et conventui placuerit faciendum de predictis Casalibus, et in eisdem, cum omni melioramento et augmento, pro precio et in pretio quatuor centum solidorum morlanorum, quos recognovit se habuisse et recepisse à dictis monasterio, Domino abbate, et conventu integrè et completè in bona pecunia, taliter quod benè tenuit se pro pagato; et renunciavit gratis exceptioni non habitæ seu receptæ, et non numeratæ pecuniæ, et in sui commodum non conversæ, minoris precii et fraudis ultrà dimidium; et si plus valebant dicta Casalia, seu valerent in anteà, illud plus dictus miles dedit, concessit, absolvit et quitavit, pro se et omnibus suis, in perpetuum dictis monasterio, et dictis Domino abbati et conventui, et eorum successoribus, do-

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Ta

N°. 89. Calalade. 1284.

Philippo, Rege Franciæ, regnante; — Domino Arnaldo-Guillelmi de Monteluguno, Comite Pardyacensi, dominante; Domino Amanevo, archiepiscopo Auxitano, — existente. Hujus rei sunt testes Dominus Biguerius de Samatano, miles: frater — Petrus de Garads, Canonicus Casæ Dei: — Bertrandus de Pausaderio, Oddo de Pontheac, domicelli, et Donatus de Calciata: et ego — Arnaldus Guillelmi de la Fita, publicus Pardyacensis Notarius, qui ad requisitionem et instantiam predicti Domini Prioris, et de consensu et voluntate dictæ Dominæ — Condoriæ, et aliorum predictorum, istam cartam scripsi, et in formam publicam redegi et signo meo quo utor signavi.

La Serre & la Serrade. 1292. N°. 90.

Vente faite à la Casedieu par Force Sance de Lados des casals de la Serre & la Serrade.

Notum sit cunctis, quod Dominus Fortius Sancii de Lados, miles, non coactus, nec deceptus, nec vi, metu vel dolo, seu aliquâ fraude, vel aliquo malo ingenio ad hoc inductus, sed [struck] suâ merâ et liberâ voluntate, et suo proprio motu, certus de facto et certioratus de jure suo, vendidit, dedit, tradidit et concessit, absolvit et quitavit, et titulo puræ, veræ, simplicis et irrevocabilis venditionis, gurpivit et desemparavit pro se et omnibus suis in perpetuum presentibus et futuris, Monasterio Casædei, ordinis Premonstratensis, Auxitanæ Diocesis, ac religioso viro Domino Stephano, Dei gratiâ abbati dicti monasterii, et conventus ejusdem loci, et eorum —

Successoribus,

Successoribus, et michi notario infrascripto stipulanti, nomine dictorum monasterii, abbatis et conventus, casalia de la Serre et de la Serrade, sita in Parrochia Sancti Jacobi de Monteleporis, cum introitibus et exitibus, et omnibus juribus et pertinentiis suis et deveriis, et omnes homines natos et nascendos, et omnes questas et servitia casalium predictorum sibi competentia, et quicquid juris — habebat et habere debebat in dictis casalibus et terris dictis casalibus pertinentibus, et sibi competebat et competere poterat et debebat, tam de facto, quam de jure, in predictis casalibus et habitantibus in eisdem; quæ casalia confrontantur cum terra Galini de Calliveto, Domicelli, et Domini Bernardi de Sirraco, militis, ex una parte; et cum terra monasterii Casæ Dei, ex aliis; scilicet ad habendum, tenendum, possidendum, utendum, expletandum, vendendum, alienandum, et quicquid dicto monasterio et Domino abbati, et conventui placuerit faciendum de predictis casalibus, et in eisdem, cum omni melioramento et augmento, pro precio et in pretio quatuor centum solidorum morlanorum, quos recognovit se habuisse et recepisse à dictis monasterio, Domino abbate, et conventu integrè et completè in bona pecunia, taliter quod benè tenuit se pro pagato; et renunciavit gratis exceptioni non habitæ seu receptæ, et non numeratæ pecuniæ, et in sui commodum non conversæ, minoris precii et fraudis ultrà dimidium; et si plus valebant dicta casalia, seu valerent in anteà, illud plus dictus miles dedit, concessit, absolvit et quitavit, pro se et omnibus suis, in perpetuum dicto monasterio, et dicto Domino abbati et conventui, et eorum successoribus, do- La Serre & la Serrade. 1292. N°. 90.

La Serre & la Serrade. 1292. N°. 90.

natione irrevocabili factâ inter vivos ex causa remunerandi ipsos propter multa grata servitia, quae recognovit et concessit se ab eisdem sibi esse impensa, taliter quod benè tenuit se pro pacato, et pro redemptione et remedio animae suae, et parentum suorum, et etiam pro anniversario anno quolibet die ~~…~~ obitûs sui in dicto monasterio solempniter celebrando. Supradictam venditionem, donationem, et supradicta casalia, et omnia predicta et singula dictus Dominus miles promisit et concessit per firmam et solempnem stipulationem, et corporali prestito juramento dicto monasterio casae Dei, et dictis Domino abbati et conventui, et eorum successoribus, facere et portare bonam et firmam guirentiam fideliter pro posse suo de omnibus personis, quae in et contrà predicta venirent vel venire attemptarent ullo modo super omnia bona sua super proprietate, et de evictione, et super omnibus aliis, quae, nomine suo, in predictis fierent et fieri possent ullo modo; et divestivit se de toto et de omnibus et singulis, et de eisdem investivit et in corporalem possessionem eorumdem induxit cum isto publico instrumento predictum monasterium, et dictos Dominum abbatem et conventum transferens in ipsos verum dominium et etiam possessionem omnium predictorum et singulorum, et fecit et constituit ipsos veros Dominos et certos procuratores tanquam in rem suam; promittens et concedens quod non fecit, nec faciet, non dixit, nec dicet aliquid sive aliqua propter quae predicta seu aliquid predictorum possent revocari, seu in prejudicium dictorum Domini abbatis, et conventûs, et dicti monasterii, generari. Renuncians gratis insuper omni beneficio juris divini et humani, canonici et civilis, forique privilegio, et omni usui, consuetudini et

Dominio

La Serre. la Serrade. 1292. N°. 90.

dominio, et omnibus exceptionibus et deffensionibus, et omnibus diebus guirentiae, et causae totius ignorantiae, et exceptioni doli, mali pacti, conventi, et restitutioni in integrum, et omni diei cartae xl^a. dierum, et omnibus induciis unius anni, et unius mensis, et denique omni privilegio et beneficio, omni juris auxilio, per quae contrà predicta vel predictorum aliqua, posset aliquid in prejudicium seu in contrarium attemptare. Item, voluit et concessit dictus miles, et se et sua obligavit quod posset compelli ad tenendum et complendum sibi predicta per quamlibet curiam, sive per quodlibet dominium in omni loco, villa, castro, civitate, ubicumque elegerint et maluerint ipsum citari et conveniri super predictis ac si ibidem inter ipsos dictus contractus esset celebratus. Renuncians specialiter et expressè Legi, si convenit; et omnibus aliis juribus et legibus, quibus mediantibus posset se juvare in predictis vel posse predicta seu aliqua predictorum infringere seu revocare ullo modo. Actum fuit hoc in castro Montis marsani, xj^o. die exitûs mensis Febroarii, anno Domini m^o. cc^o. nonagesimo secundo. Testes hujus rei sunt nobilis Domina Constantia, Vicecomitissa Marciani; Magister Guillelmus-Ramundi de Miromonte; Guillelmus de Abbatia, Burgensis de Orthesio; Petrus de Micareria; Guillelmus den Peyros; Ramundus de Besaudunho; Petrus de Johannis; Ramundus de Peyre, Burgenses Montis Marsiani; et ego Petrus de Barleriis, communis notarius et publicus

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon

La Serre & la Serrade. 1292. N°. 90.

montis-Marciani, qui hanc cartam recepi, scripsi, signo que meo assueto signavi in testimonium premissorum, dominante praefatâ Dominâ Constantiâ, Vice comitissâ Marciani; Petro, Episcopo Adurensi.

Cornolher. 1295. N°. 91.

Restitution du Cornolher à la Case-dieu par Raimond d'Esparros.

NOverint universi presentes pariter et futuri, quod Dominus Ramundus d'Esparros, miles, gratis, sponte, non coactus, nec deceptus, nec vi, nec dolo ad hoc inductus, sed gratis, reddidit Monasterio Casae Dei, et fratri arnaldo de Bosco, Sindico seu Procuratore dicti Monasterii, requirenti, et vice et nomine dicti monasterii, sollempniter stipulanti, terram seu terras vocatas del Cornolher, et eas recognovit fore dicti monasterii. Item dictus Dominus Ramundus laudavit, approbavit, concessit, et etiam confirmavit, venditionem sive vendam dicto monasterio factam per Dominum hodonem Bresca de terra seu casale vocato de ulmo et de Villa, et de aliis terris, prout in instrumento confecto, ut ibidem dictum fuit, per manum Magistri Guillelmi de la molera, notarii de Vico, plenius continetur. Item dictus Dominus Ramundus recognovit feudum duorum solidorum cum dimidio Casalis vocati de Lasera esse dicti Monasterii. Item dictus Dominus recognovit affarium de la Sapia, cum suis pertinentiis, fore dicti monasterii Casae Dei. Item Dominus Ramundus concessit, approbavit, et etiam confirmavit terminos positos, prout in instrumento sive instrumentis dicti magistri Guillelmi de la molera, Notarii de Vico, plenius continetur. Item dictus Dominus Ramundus D'Esparros voluit, et sibi placuit, quod Dominus abbas et Conventus monasterii Casae Dei, possint, et eisdem sit licitum, vendere et impignorare sive alienare, terras suas dicti monasterii confrontatas et nominatas infra terminos

terminos contentos, ut ibi dictum fuit, in instrumento magistri Guillelmi de la molera, Notarii de Vico, et etiam erbas, folias, glandes, arbores siccas et virides, non obstante padoentiâ seu spleitâ Castrorum vocatorum de Torduno et de Julhaco, vel aliorum hominum habitantium in Pardiniaco, et tenentium illas terras quae sunt dicti Domini Ramundi, et ejus = animalibus alienis; et non obstantibus predictis in dictis territoriis, quod dictus Dominus Ramundus, et ejus successores sive successores, possit seu possint mittere animalia cujuscumque conditionis existant, ad pascendum = glandes, folias, dum tamen Forestam de Torduno et de Julhaco verdiderint, animalibus alienis, et quod dicta animalia, seu Pastores eorumdem, non possint, nec debeant facere cabanas, nec = pascere in eisdem, nisi de die. quae omnia et singula dictus Dominus Ramundus recognovit et confessus fuit, quod sui Predecessores dederant dicto monasterio. quae omnia et singula dictus Dominus Ramundus = = et etiam approbavit fore dicti monasterii; et juravit ad Sancta Dei Evangelia corporaliter tacta, se contrà predicta, vel predictorum aliquid, non venire per se, vel per aliquam interpositam personam = tenere et custodire. Promisit etiam dictus Dominus Ramundus, quod istud instrumentum faciet laudare, concedere, confirmare, et etiam approbare Titbaldo, filio suo legitimo. Item dictus Dominus Ramundus retinuit in ipsis omne Dominium altum et merum imperium. Et super hoc dictus Dominus Ramundus renunciavit omnibus juribus et Legibus, allegationibus, deffensionibus et exceptionibus juris et facti, per quod contrà predicta posset venire in toto vel in parte, per se, vel per aliquam interpositam personam, et ratione compromissi, conditionis, conventus scripti vel non scripti; et specialiter ~~gratis~~ et conventus prout in instrumento sive instrumentis magistri Guillelmi de la molera plenius continetur. actum fuit hoc decimo

Cornolher. 1295. N°. 91.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Cornolher. die exitus mensis Januarii, regnante Philip-
1295. po, Rege Franciae; et Amanevo, archiepiscopo
N°. 91. auxitano; et Centullo, Comite astariaci, anno
Domini m°. cc°. xc°. quinto. Hujus rei sunt testes
Dominus Bernardus de Lesinhano, Capellanus
de monteclaro; Frater Sancius de montesquivo,
hoto Catalani; Ramundus de Biera, Domicellus,
ut ibidem dictum fuit; Guillelmus-Arnaldus de
Bascos, et Ramundus Despeirio, medicus; et
Bernardus Berengerii; et ego Deodatus Lau-
rencii, publicus notarius de miranda Domini
nostri Regis, qui requisitus, de voluntate dicti
Domini Ramundi, ut ibidem dictum fuit, hanc
Cartam scripsi et signavi.

Item sexto die exitus mensis Januarii, et anno quo su-
prà, dictus Tibbaldus, filius legitimus et primus
dicti Domini Ramundi, ut ibidem dictum fuit,
omnia et singula supra scripta laudavit, con-
firmavit, concessit, et etiam approbavit dicto
monasterio, et juravit ad Sancta Dei Evan-
gelia corporaliter tacta manu suâ, omnia
et singula concessa et confessata per dictum
Dominum Ramundum, ejus Patrem, tenere
et servare, et etiam custodire, et non contrà
venire, nec per se, nec per aliam interpositam
personam; et super hoc renunciavit omnibus
et singulis juribus et legibus, per quod et per
quae posset contrà predicta in toto vel in parte
venire; et omnibus juribus quae dicunt, quod
minori aetate possunt juvare; et actioni in
factum et beneficio restitutionis in integrum,
et exceptioni doli mali, pacti, conventi, et cau-
sae totius ignorantiae; et omnibus juribus editis
et edendis, scriptis et non scriptis, et etiam pri-
vilegio, remedio et juris auxilio, per quae contrà
predicta posset se deffendere, vel tueri et juvare,
aut aliquid revocare vel infringere. de quibus om-
nibus sunt testes Dominus Bernardus de Lesinhano,
Capellanus de monteclaro; et vitalis de Pausadel;
Sancius del Bosc; Sancius de Bus et Sancius de
Baseti, de Laveraheto; et ego predictus Deodatus
dictam confirmationem dicti Tibbaldi scripsi et
signavi.

Sentence

~~Regesse~~. Sentence arbitrale au 1285.
sujet de Braned entre Raimond-Ber- N°. 92.
nard de Gelas & le Sindic de la Casedieu. Braned.

Noverint universi presentes pariter et futuri,
quod Dominus Raimundus Bernardi de
Gelhas, pro se et suis, ex una parte: et frater
Johannes de Morlanis, Canonicus Casaedei, et
Sindicus seu Procurator religiosi viri Domini
Stephani, Dei gratiâ abbatis Casaedei, et conventûs
ejusdem loci, ut primâ facie apparebat in quibusdam
litteris sigillis eorum sigillatis, nomine procuratorio
pro ipsis, et pro se, ex altera: eorum merâ et liberâ
voluntate se compromiserunt in Dominum
Bartholomaeum de Calhaveto, militem, et in fratrem
Sancium de Monte esquivo, Priorem Casaedei, per
ipsos communiter electos, tanquam in arbitros,
arbitratores seu amicabiles compositores, super
questione, et controversia et dissensione, quae inter
dictas partes vertebatur, ratione Casalis deu
Branet, et super eodem casali, et terris aliis et
Casalibus, et ratione eorumdem cum omnibus
juribus et pertinentiis suis: quod casale et terrae
predictae et Casalia sita sunt et protenduntur
à terra Casalis de Larrazet, ex una parte, usque
ad rivum vocatum deu branet, ex altera: et à
flumine Baysiae, ex altera, usque ad terram
dicti Domini Raimundi Bernardi de Gelhas
vocatam de Barramanha, ex altera: et super
quibusdam aliis terris, quas, et si quas dictum
casale habebat et eidem casali pertinebant ultrà
dictum Rivum ~~de~~ vocatum deu Branet: ita quod

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarb

N°. 92. Braned. 1285.

quicquid ipsi arbitri ---- Postque predicti — arbitri --- pronunciaverunt et dixerunt dictum suum seu arbitrium, ut sequitur in hunc modum, dicentes arbitrando seu amicabiliter componendo, quod duae partes dicti Casalis et terrarum — predictarum et Casalium, siquae sunt citrà — predictos terminos sicut superius confrontantur versus partem Baysiae, sint predictorum — Domini abbatis et Conventus, et eorum Successorum, et monasterii Casae Dei, deinceps et perpetuo, cum omnibus juribus, et pertinentiis suis, et dominiis; et jus et dominium earundem et proprietas et possessio; et tertia pars dicti Casalis, et terrarum predictarum, et Casalium, siquae sunt, seu prout superius confrontantur versus partem terrarum dicti Domini Raimundi Bernardi de Barramanha, sit dicti Domini Raimundi-Bernardi, et ejus — Successorum, deinceps perpetuo cum omnibus juribus, et pertinentiis suis, et dominiis, et jus, et dominium earundem et proprietas et possessio sine contradictione alterutrius partis: — et quod sic dividatur et fiat divisio inter dictas — partes de predicto Casali deu Branet, et terris aliis, et Casalibus, quae sunt infrà dictos terminos à dicto Rivo deu Branet vocato — usque ad dictam terram casalis de Larrazet per cophinos lapideos ibi positos per partes predictas cum corda deducta fideliter per percatorem vocatum per ipsos ad faciendam predictam divisionem — inter ipsas de predictis et transverso de dicto — rivo ad dictam terram de Larrazet... les Parties se

quittent reciproquement toutes autres — pretentions. Raimond Bernard de Gelhaos — promet faire ratifier la sentence par tous ses enfans, l'abbé et le sindic s'obligent de faire faire la même chose par le chapitre de la — Casedieu, acceptent le contenu en la sentence. Factum fuit hoc propè molendinum Sancti — Johannis Pogge, ultimo die novembris, anno Domini m°. cc°. lxxx°. quinto, Regnante Philippo, Rege franciae; dominante Bernardo, comite Fezenciaci et armaniaci: et amanevo, — archiepiscopo auxitano; Testes hujus rei — sunt Galinus de Calhaueto, Fortanerius — Lupati, Domicelli ... et ego Guillelmus de la Molera, publicus vici notarius, qui, &c.

N°. 92. Braned. 1285.

Lupé

Donation de Lisos en Maubourguet par Bernard Terson de Baulat à la Casedieu.

N°. 93. Maubourguet. 1285.

Noverint universi quod Bernardus Terson de Baulato, Domicellus, non coactus, nec — deceptus, nec vi, metu, vel dolo ad hoc inductus, set suâ merâ et liberâ voluntate et suo proprio motu, certus de facto et certioratus de jure suo, dedit, cessit, concessit, tradidit et assignavit pro se et omnibus suis in perpetuum donatione irrevocabili factâ inter vivos in puram et veram helemosinam Deo et Beatae Mariae de Casadei et monasterio de Casadei, et specialiter Sacristiae dicti loci, et fratri arnaldo - Guillelmi de Torduno, Sacristae dicti loci, — presenti et recipienti hanc donationem, cessionem, assignationem, collationem, nomine dicti monasterii

Maubgt.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N° 93. 1285. Maubourguet. et Sacristœ ad opus Lampadis dicti Monasterii
et olei Lampadis ejusdem, ut maneant ibidem
accensœ ut deceat coram altaribus dicti —
monasterii, pro Deo et salute animœ suœ, et
animarum Domini Fortanerii de Baulato,
militis, avi sui quondam, et Guillelmi-arnaldi
de Baulato, Domicelli, Patris sui quondam filii —
dicti Fortanerii, et animarum aliorum totius sui
generis, si forte ipse Bernardus Terron decederet
sine herede legitimo superstite ex ipso procreato
et genito, vel si dictus suus heres, si haberet, —
decederet sine herede legitimo superstite de
ipso genito et procreato, duo millia solidorum —
morlanorum super affarium de Lysos totum
quod habebat et est suum in Parochia Sancti
Martini de Maloburgeto, cum introitibus et —
exitibus, et omnibus juribus et pertinentiis suis, et
super omnes terras cultas et incultas, questas, —
census, servicia, prata, nemora et omnes fructus,
et super omnia jura et deveria, et super omne
Dominium utile et directum, et super omnia —
alia jura quœcumque, et deveria quœ ibi —
habebat et habere debebat, et sibi pertinebant
et pertinere poterant et debebant, tam de facto,
quam de jure, ad habendum, tenendum, possidendum,
predictum affarium, et terras cultas et incultas, —
prata, percipiendum, colligendum omnes fructus
suos, questas, servicia, terrœ merita, jura et —
deveria, et omnia alia predicta et singula —
utendum,

utendum, explectandum, et ad totam suam N° 93. 1285. Maubourguet.
voluntatem faciendum de predictis omnibus
et singulis, quamdiu et quousque ille qui —
succederet in Bonis suis et succedere deberet,
solveret et redderet dicto Monasterio et —
Sacristœ ejusdem hœc predicta duo millia
solidorum morlanorum in bona pecunia
numerata, taliter quod bene teneret se pro
pagato pro bona fide, ita quod fructus —
percepti et omnia alia predicta non cederent,
seu non reducerentur in sortem predictœ summœ —
pecuniœ, set essent in pura et vera helemosina
nomine quo supra: divestiens se ...... actum
fuit hoc apud Casam Dei, die sexta exitus —
Julii (19.) anno Domini m°. cc°. lxxx° quinto,
Regnante Philippo, Rege Franciœ: Dominante
Geraldo, Comite Fezenciaci et Armaniaci, —
Amanevo, archiepiscopo Auxitano existente.
Testes sunt Dominus Bartholomeus de Calhaveta,
Dominus Raymundus de Bieria, milites: Arnaldus
de Bieria, Domicellus; Bernardus Lupati d'Ossoos,
clericus: Bertrandus de Bolhoys: et magister —
Guillelmus de Molera, publicus villœ Vici quondam
notarius ..... ego Guillelmus de spineto publicus
villœ Vici notarius,

Ancienne formule du Serment des chanoines Reguliers d'Auch ou profession. Auch. N°. 94.

EGo Frater N. offerens meipsum trado in
Ecclesia Beatœ Mariœ, et promitto obedien-

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Auch. N°. 94. tium secundùm Canonicam Regulam beati Augustini, Domino N. prefatæ Ecclesiæ Archiepiscopo, et Successoribus ejus, quos sanior pars congregationis Canonicorum elegerit.

Etablissement de la vie commune dans l'Eglise d'Auch.

N°. 95. Pridie Kalendas Martii, apud Civitatem Ausciorum, Guillelmus, Comes, et Ramundus, Archiepiscopus, canonicam in Sede archiepiscopali per manus Raynardi, Presbiteri et Grammatici, per Aquitaniam et Gothiam ad predicandum à Deo adsciti. Hœc pro victu suo et Canonicorum donantes Archidiaconatus quinque Juliagesii, Savanesii, Anglesii, Armanhaci, Manhoaci; Ecclesias d'Espaux, de Ceran, medietatem de Odesan; similiter vineam et terras de Panicart. Dedit similiter et oblationum medietatem et Pœnitentium; similiter medietatem mercati, et terras quæ ad Sedis Ecclesiam pertinent.

Indulgences du Cimetiere de Ste Marie d'Auch par Raimond Copa, Archevêque.

N°. 96. Ramundus Copa novum Cemeterium cepit instuere in Civitate ---- decem usque hominum Cadavera ---- Tam magna absolutio concessa et ordinata sit, quod omnes, qui hunc Locum Deo dicatum sui corporis tumulatione honoraverint, cunctis careant peccatis, et insuper benedictione omnium Episcoporum locuplesentur; cum Patriarchis, et Prophetis, et Apostolis, Martiribus, et Confessoribus, ac Virginibus collocati in suprema Polorum Sede.

Confirmation

~~[illegible]~~ Confirmation faite par Gaillard & Guillaume-Bernard de Panassac de la Donation d'Armous à la Casadieu. 1292. N°. 97. Armous.

Noverint universi presentes pariter et futuri, quod in mei Notarii et testium infrascriptorum presentia constituti Galhardus de Panassaco et Guilhermus Bernardi, ejus frater, Domicelli, non coacti, nec decepti, nec vi, dolo, nec circumventi, inducti, sed certa de sua scientia, recognoverunt et confessi fuerunt, quod Castellarium seu villarium vocatum d'Armos, et casale vocatum de la Cucausa in Pardiaco situata, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, et cum omnibus Dominiis altis et bassis, et cum omnibus melioramentis et aucmentis, erat et sunt monasterii Casæ Dei, ordinis Premonstratensis, et tenebant et possidebant, tenuerant et possederant donatione factâ inter vivos dicto monasterio per Dominum Augerium, quondam Comitem Pardiaci, avum dictorum Domicellorum, ut dicebant, prout in scriptis antiquis dicti monasterii, et in quodam instrumento sigillato sigillo dicti Domini Augerii plenius continebatur. Quam donationem dicti Domicelli gratis et suâ spontaneâ voluntate, volentes esse augmentatores bonorum dicti monasterii, et participes orationum, quæ fiunt et fient in sepè dicto monasterio, laudaverunt, approbaverunt, ratificaverunt, et confirmaverunt predictam

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

1292. N°. 97. Armous.

donationem, prout superius est expressum: et quicquid juris habent, vel habere debent, de novo dederunt et concesserunt, et reliquerunt in perpetuum donatione irrevocabili factâ inter vivos dicto monasterio, et Reverendo Patri Domino Stephano Lobati, Divinâ miseratione abbati dicti monasterii, et toti conventui, seu meliori parti dicti monasterii, et fratri Sancio de Montesquivo, Sindico dicti conventus ... renunciantes ... Actum fuit hoc apud monasterium Casæ Dei predictum, die Lunæ post festum Pentecostes, anno Domini M°. CC°. XC°. secundo, regnante Philippo, Rege Franciæ, et Amanevo, archiepiscopo Auxitano existente. Hujus rei sunt testes, Eustachius de Sancto Bonito, Domicellus ... Forcius Lobat, Domicellus ... et ego Jacobus Parisiensis, publicus Bellimarchesii notarius, qui ad requisitionem Domini abbatis et Sindici predictorum cartam istam scripsi, et signo meo signavi 

Lupé

Lupé

Coutenx. 1476. N°. 98.

Union de la cure de Coutenx à la Manse de la Casedieu.

JOhannes, miseratione divinâ archiepiscopus Auxitanus, Abbasque seu administrator perpetuus generalis Capituli monasterii Casæ Dei, Premonstratensis ordinis, et nostræ Diocesis auxitanæ; universis et singulis presentes litteras inspecturis, Salutem in Domino æternam et presentibus fidem indubiam adhibere.

Coutenx. 1476. N°. 98.

adhibere. Notum facimus, quod cum nuper ad humilem supplicationem venerabilium fratrum Religiosorum, et Canonicorum, ac Capituli dicti nostri Monasterii Casæ Dei, Parrochialem Ecclesiam Loci de Cotenxis cum suis juribus et pertinentiis universis, maturâ consilii deliberatione super hoc per nos præhabitâ, ac de consilio et consensu venerabilium fratrum nostrorum Canonicorum et Capituli Ecclesiæ nostræ Metropolitanæ auxitanæ, officio Vestiariæ ejusdem monasterii univerimus, annexuerimus et incorporaverimus, prout in Litteris nostris super his confectis continetur, quarum tenor sequitur, et est talis. Universis et singulis presentes litteras inspecturis, Johannes, miseratione divinâ archiepiscopus auxitanus, Salutem in Christo æternam. Humilibus supplicum votis, et presertim illis, per quæ Ecclesiarum et Ecclesiasticarum personarum commoditatibus consulitur, libenter annuimus et volumus favorabiles inveniri. Exhibitæ si quidem pro parte dilectorum nostrorum Fratrum Religiosorum et Canonicorum nostri Monasterii Casæ Dei, Premonstratensis ordinis, et nostræ Diocesis Auxitanæ, petitio continebat, quod causantibus guerris, mortalitatibus, turbinibus, aquarum inundationibus, gelu et diversis aliis calamitatibus, quæ partes istas diutius afflixerunt, quæ prefati Canonici et Capitulum dicti monasterii Casæ Dei ex fructibus, redditibus, proventibus et emolumentis ipsius Capituli statum suum, et onera sibi incumbentia continuanter supportare non possunt, nisi de aliquo subventionis auxilio succurretur eisdem canonicis et capitulo; ob quod pro parte eorumdem nobis humiliter supplicatum extitit, quod pro supportatione onerum hujusmodi, et quod maxime officii Vestiariæ vulgariter nuncupati, et divini cultûs dicti monasterii substentatione

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Coutenx. 1476. N°. 98.

presentationem Parrochialis Ecclesiæ loci de Cotenxis, dictæ Diocesis nostræ, Domino abbati dicti Monasterii Casædei, quoties eandem Parrochialem Ecclesiam de Cotenxis vacare contingerit, pertinentem, dumtamen Cappellanus idoneus et sufficiens, atque Secularis et non Religiosus, nobis ut archiepiscopo Auxitano presentetur; De cetero alicujus Canonici dicti Monasterii Casædei ad dictam Parrochialem Ecclesiam de Cotenxis tunc vacantem obtinendam, regendam et administrandam, eandem presentationem nobis et Successoribus nostris Auxis Archiepiscopis per eundem Dominum abbatem Casædei fiendam prefatis Canonicis et Capitulo Casædei annuere, ipsamque Parrochialem Ecclesiam de Cotenxis, cum suis juribus et pertinentiis universis, Officio Vestiariæ predicti Monasterii annectere et incorporare, dictosque fructus, redditus, proventus et emolumenta illius Ecclesiæ Rectori seu possessori presenti quoad vixerit; collationem autem et quamvis aliam dispositionem nobis et Successoribus nostris Auxitanis archiepiscopis reservare dignaremur; quapropter, Nos Johannes, archiepiscopus prefatus, predictorum Canonicorum et Capituli Supplicationibus inclinati, maturâ deliberatione super his per nos præhabitâ, pro divini cultûs, et etiam antedicti Officii Vestiariæ Substentatione, et ut coadjuvetur predictæ Ecclesiæ Parrochialis de Cotenxis fructibus, redditibus, emolumentis, deveriis et honorificentiis per prelibatos Canonicos et Capitulum prefati monasterii Casædei serviatur, et dictum Officium Vestiariæ meliùs Substentari possit, presentationem prefatæ Ecclesiæ Parrochialis de Cotenxis pro tempore sic vacantem per dictum Dominum abbatem Casædei alicujus ex istis Canonicis ejusdem Monasterii Casædei, ut prefertur, fiendam nobis, seu Successoribus nostris auxitanis archiepiscopis, de Consilio et Consensu venerabilium frattrum nostrorum Canonicorum et Capituli Ecclesiæ metropolitanæ auxitani, seu majoris

Coutenx. 1476. N°. 98.

majoris et sanioris partis capitulantium seu Capitulum facientium, Scilicet Petri de Recurto, Decretorum Doctoris; Raphini Rigaldi, in Decretis Baccalarii; Amanevi = aymerici de Vico utriusque Juris Baccalarii, mainoaci archidiaconi; Ramundi de Bello forti, et Bernardi de Birano, Canonicorum, hodie prestito, perpetuò concedimus antedictis Canonicis et Capitulo predicti monasterii nostri Casædei, ac predictos fructus, redditus et emolumenta ipsius Parrochialis Ecclesiæ de Cotenxis, jurium et pertinentiarum suarum, Officio Vestiariæ ejusdem Monasterii unimus, annectimus et incorporamus per presentes; reservatis tamen predictis fructibus, redditibus, proventibus, et emolumentis antedicto Rectori seu possessori presenti, et quoad vixerit, et quæ sibi expressè tenore presentium reservamus: Collationem autem et aliam quamvis dispositionem nobis et Successoribus nostris Auxitanis Archiepiscopis; Dantes et concedentes dictis Canonicis et Capitulo memoratis licentiam et auctoritatem apprehendi per se, vel per Procuratorem suum legitimam possessionem realem, actualem et corporalem predictæ Ecclesiæ Parrochialis de Cotenxis, juriumque et pertinentiarum suarum, quandocumque voluerint, et sibi opus fuerit, salvo semper in omnibus jure nostro, et dicti Rectoris seu possessoris presentis ejusdem Ecclesiæ, ac quolibet altero; et nichilominùs fructus, redditus, proventus et emolumenta predictæ Ecclesiæ post obitum predicti Rectoris seu possessoris, qui nunc est, percipiendi et habendi. In quorum omnium et singulorum fidem, et testimonium premissorum, has presentes litteras exinde fieri per Notarium publicum, Secretariumque nostrum infrà scriptum, sigillique nostri Pontificalis appensione muniri jussimus. Actum et datum in Miranda nostra archiepiscopali auxis, die quartâ mensis Junii, anno Domini 1476."

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Coutenx. 1476. N°. 98.

presentibus ibidem dilectis nostris Domino Ramundo Marquerii, in legibus Licentiato, nostrae temporalitatis auxitanae Judice; Dominico Cabauderii, in Decretis Baccalario, Officiali Sossii; magistris Johanne de Cescio, Notario et Procuratore Fereneiaci; et Vitale de Insula, Notario nostrae auxitanae, et Temporalitatis Procuratore, testibus ad premissa adhibitis et vocatis. Et preterea nos Johannes, archiepiscopus Auxitanus prefatus, ut abbas seu administrator perpetuus predicti monasterii nostri Casaedei, de consensu et consilio predictorum fratrum Religiosorum et Canonicorum et Capituli ejusdem monasterii, capitulantium seu capitulum facientium ad sonum campanae vocatorum, ut moris est, videlicet Dominici de Sto. Mauritio, Prioris; Bartholoti de Castanhono, Subprioris; Ramundi de Paysserio; Johannis de Darrerio, Bernardi de Doyali, Guillelmi de Sancto Petro, Bartholoti de Lanussa, Bernardi de Monsesquivo, Carboni de Cossio, Petri de Davanto, Bernardi de Sancto Mauritio, Dominici de Paysserio, Stephani de Melhono, Dominici de Farga, Petri de Laverono, Rectoribus, qui pro temporibus futuris per decessum seu obitum presentis Rectoris prefatae Ecclesiae Parrochialis de Cotenxis fuerint, et pro administratione seu gubernatione hujusmodi Ecclesiae de Cotenxis per eosdem Rectores fienda, reservavimus, per presentesque reservamus solum et duntaxat quatuor scuta ex redditibus et emolumentis prescriptis officii Vestiariae prelibati nostri Monasterii Casaedei annis singulis exsolvenda, et etiam omnes et quascumque oblationes seu obventiones et deveria, veluti ~~exitus~~ exitus Parochianorum, Carnalagiorum et expoliorum. Et cum premissis iidem Rectores accedent ad Sanctam Synodum auxitanam, ut moris est, feudumque solitum predictae Ecclesiae de Cotenxis exsolvendum. alia autem onera eidem Ecclesiae incumbentia ea jam dictis redditibus et emolumentis officii ipsius Vestiariae solventur. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum, has presentes litteras in vim publici instrumenti confectas per Notarium publicum, Secretarium nostrum infrascriptum fieri et subscribi jussimus, Sigillique nostri Pontificalis appensione muniri. Actum et datum in claustro nostro abbatiali Casae Dei, die decimâ quintâ mensis Julii, anno Domini mo. cccco. lxxvjo. presentibus ibidem egregio viro fratreque nostro Domino Petro de Reurto, Decretorum doctore, et Canonico in Ecclesia nostra Metropolitana auxitana; Nobilibus viris Arnaldo-Bernardo de Arcisanis, Domino de Puleso respectu; Carbonello de Leopodio, Domino de Leopodio; et Merigono Manhani, Scutiferis nostris, testibus ad premissa adhibitis et vocatis.

Signé sur le repli. J. DANDULA.

Coutenx. 1476. N°. 98.

Contrat de Mariage entre Carbonel de la Trau, Seigneur de Mormez, & Crispine de Bernede.

La Trau & Bernede. 1471. N°. 99.

IN Nomine Domini. amen. Noverint universi et singuli presentes atque futuri, quod cùm matrimonium tractatum et concordatum fuerit faciendum et contrahendum inter nobilem Carbonellum de Trabe, Dominum Loci de Mormeriis, ex parte una; et nobilem Crispinam de Verneda, neptem Nobilis Johannis de Verneda, Domini Locorum de Cornelhano et de Sto. Germerio, ex parte altera; cùmque super matrimonio contrahendo factae fuissent certae conventiones matrimoniales per et inter dictum nobilem Carbonellum de Trabe, Dominum dicti Loci de Mormeriis, ex parte una; et dictum nobilem Johannem de Verneda, Dominum dictorum Locorum de Cornelhano et de Sancto Germerio, et dictae Nobilis Crispinae de Verneda avunculum, ex parte altera.... Hinc est quod existens et personaliter constituta... dicta nobilis Crispina de Verneda.... renunciavit, quitavit, donavit, cessit et remisit dicto nobili Johanni de Verneda, ejus avunculo.... omne id et quicquid in quo seu quibus ipse nobilis Johannes de Verneda sibi teneri poterat seu posset ratione administrationis et gubernationis bonorum

La Trau & Bernede. 1471. N°. 99.

suorum paternalium et maternalium usque ad diem presentem infrascriptam. Hanc autem renunciationem, quitationem .... fecit ... dicta nobilis Crispina ... dicto nobili Johanni de Verneda, avunculo suo ... ratione et ex causa ... centum scutorum, lecti et vestium nuptialium, quae et quas idem nobilis Johannes de Verneda fuere et solvere tenetur ... Acta fuerunt haec apud dictum locum de Cornelhano, et in domo habitationis dicti nobilis Johannis de Verneda, Domini dicti loci de Cornelhano, die nona mensis Januarii, anno Domini m°. cccc°. lxxj°. Domino nostro Domino Ludovico, Dei gratia francorum Rege illustrissimo regnante; et illustri Principe et domino nostro Domino Johanne, Comite Armaniaci, in ipso Comitatu aliis que suis Comitatibus, Vicecomitatibus et terris dominante; et Reverendissimo in christo Patre et Domino Domino Johanne, divina miseratione Auxis archiepiscopo existente ... et me Johanne de Monasterio, Notario auctoritatibus Comitali, ducali que et Tholosae publico, loci de Nugarolio habitatore ....

Extrait du 15. Mai 1606. à la requisition de Noble Antoine de Bernede, Seigneur de Corneilhan, par Arnaud-Guillem Dubosc, Notaire de Lanux, & Jean Labarrere, Notaire de Barsalonne.

Peyrusse-vieille. 1487. N°. 100.

Permission du Comte de Pardiac à Vidal de Baletz de batir un Moulin à Peyrusse-vieille.

JEhan, Duc de Nemours, Comte de Castres, de Perdiac et de Beaufort, Vicomte de Chastel airaud, de Carlat, de Murat et de Martigue, Seigneur de Leuse, de Condé, de Maienne, la Juhees de Sable et de la Ferté Bernard, Per de France; à tous ceux qui ces presentes Lettres verront, Salut. Savoir faisons, que pour consideration d'aucuns services que nostre bienamé Vidal de Valetz, habitant de Perusse-vielle en nostre Conté de Perdiac, nous a fait et esperons que plus face pour l'advenir, à icelui pour ces causes et autres à ce nous mouvans, avons donné et ottroyé, donnons et ottroyons de grace special par

Peyrusse-vieille. 1487. N°. 100.

par ces presentes congié et licence de faire ung moulin, ung estang et chaussée sur ung Ruisseau nommé le Riu de Longuas en lez dedans ledit Lieu de Perusse vielle en nostre Seigneurie et jurisdiction, pour d'udit moulin et pré joyr et user par ledit Vidal de Valetz, ses hoirs, successeurs et ayans cause, en nous payant chacun an six deniers morlans de cens valant six ardits monnoie du Païs à nostre recepte ordinaire de Perdiac outre et pardessus les autres charges et droits que doivent les terres que lesdits Estang et Moulin occuperont. Si donnons en mandement aux Gouverneur et autres Officiers de nostredit Conté de Perdiac, ou à leurs Lieutenans, que de nostredit congié et licence ils fassent, souffrent et laissent icelui Vidal de Valetz, sesdits hoirs, successeurs et ayans cause, joyr et user pleinement et paisiblement, sans leur faire, mettre, donner, ne souffrir estre fait, mis ou donné ores, ne pour le temps advenir aucun destourbier ou empeschement au contraire. Car tel est nostre plaisir, pourveu toutesfois que iceux estang et moulin ne porte prejudice à nous ne autrui. En temoing de ce nous avons fait mettre nostre séel à cesdites presentes. Donné à Chasteaubryant, le xxij° jour d'aoust, l'an de grace 1487. Et sur le repli, Par Monseigneur le Duc, le Seigneur des Appenctz, le Gouverneur de Saint Florentin et autres presens. COURTIN.

Dax. Vers 580. N°. 101.

Passage de Gregoire de Tours sur Nicetius & Faustinien, competiteurs à Dax.

NUper in aquensi urbe Episcopus obierat et Nicetius, Comes loci illius, germanus Rustici, Vicojuliensis Episcopi, preceptionem à Chilperico elicuerat, ut tonsuratus civitati illi sacerdos daretur. Sed Gundobaldus destruere nitens ejus

Dax. | decreta, convocatis Episcopis, jussit eum
N°. 101. | [Faustinianum] consecrari. Hist. lib. 7. c. 31.

Imprecations dans les anciennes chartres.

N°. 102.

SI quispiam hujusce autoritatis Regiæ munimentum violare presumpserit, primitus iram Dei omnipotentis, et Sancti Hilarii, et Sanctorum omnium incurrat, et cum Dathan et Abiron, quos terra viventes absorbuit, portionem habeat, et cum Juda traditore ------ sub anatematis vinculo se sciat perpetuo esse damnandum. Louis d'outremer pour St. Hilaire de Poitiers, Besly Histoire de Poitou page 243.

Aliter agentibus privari omni bono et subjacere excommunicationi apostolicæ authoritatis, et perditioni corporis et animæ denunciavimus. chartres du Roi Lotaire pages 849. et 891. du Marca Hispanica.

Condamnation de Raimond le Vieux, Eveque de Gascogne.

N°. 103. **I**Dem Raymundus Romæ accusatus depositus fuit. Sed quia nobilis erat et potens, ne perturbaret fieri Canonicas electiones, concessit ei Dominus Nicolaus Papa Lascurrensem Episcopatum in omni vita sua, datâ sibi licentiâ, ut quem vellet de vicinis Episcopis ad supplenda Episcopalia officia invitaret. Chartre de Lescar.

1147. 1163. Extraits du Necrologe de St. Jean de la Castelle sur la mort de Bonhomme,
N°. 104. Evequa d'Aire, & Pierre de Marsan, comte de Bigorre.

DEcimo nono Kalendas Januarii commemoratio Domini Bonihominis, adurensis Episcopi. Mº. Cº. xlvijº.

Tertio calendas Septembris commemoratio Petri, Comitis Bigorritani et Marciani, fundatoris hujus Ecclesiæ, anno Domini Mº. Cº. lxiijº.

Pareage

Pareage de Morede. ~~L'Abbé de la case Dieu forma le projet de peupler le lieu de Morede. Il fera bâtir que~~ ... 1286.
N°. 105.
Morede.

In nomine Sanctæ et individuæ unitatis, Patris, et filii, et Spiritus Sancti. Amen. Noverint universi hoc presens publicum instrumentum inspecturi, seu etiam audituri, quod Religiosus vir Dominus frater Stephanus, permissione diviná abbas monasterii Casæ Dei, Premonstratensis ordinis, auxitanæ Diocesis, habitá deliberatione et consensu conventûs monasterii sui predicti, ut idem Dominus abbas ibi asseruit, consideratâque utilitate monasterii et successorum suorum, volens Bastidam, seu novam populationem facere in loco seu Grangia de Moreda, et territoriis eidem Grangiæ adherentibus, feüs, ordinavit, seu inhivit paragium seu societatem cum nobili viro Domino Bernardo, Dei gratiâ Comite armaniaci et Fezenciaci, ibidem presente et recipiente, pro se et successoribus suis, sub pactis, modis, formis et conditionibus infrascriptis.

1. Inprimis voluerunt et concesserunt Domini abbas et comes predicti, quod in platea, videlicet in loco alto ante

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Morede. 1286. N°. 105.

domum seu Grangiam predictam
fiat Bastida, seu villa, vel populatio
hominum imponentes nomen eidem
villæ Moreda.

2. Item voluerunt et concesserunt
Domini comes et abbas predicti, quod
dicta villa seu Bastida habeat —
territoria et pertinencias, districtum
et Iusticiatum suum, in terris et —
territoriis, prout statim designantur et
declarantur, videlicet in terris cultis et
incultis pertinentibus seu spectantibus
ad dictum Dominum abbatem et —
monasterium casæ Dei seu ad dictam
Grangiam de moreda, videlicet inter
Rivum seu flumen Osseæ, ex una —
parte: et prout à domo seu Grangia
vel terrada rectè itur versùs dictum
rivum seu flumen Osseæ, et sicut —
dictus Rivus seu flumen Osseæ rectè
descendit usque ad Rivum de Pontfornon,
ut cadit in osseam, et sicut per dictum
Rivum de Pontfornon rectè ascenditur
seu ascendi potest usque ad quandam
Combam seu Gotal, et prout per dictam
combam seu Gotal rectè ascenditur —
usque ad locum vocatum Lacue, —
quæ Lacua dividit seu extermat —
territorium de Lanacasteds et de —
Sauceda,

Morede. 1286. N°. 105.

Sauceda, et sicut ex dicta Lacua —
rectè itur seu iri potest usque ad —
quandam serram, quæ Serra est —
ultrà caminum seu viam publicam
per quam itur de Vico versùs coreensanum,
quæ Serra dividit seu extermat —
~~quandam terram~~ territoria de la —
Garda et de Gayano et dictam terram
de la Sauceda: et sicut per dictam —
serram itur versùs vallum quod est
in capite terræ quam excolit Guillelmus
Garsiæ de Cressies et Petrus de Campo
rotundo de Vico à parte inferiori, et —
per dictum vallum itur usque ad —
locum vocatum de nabona vere, ubi
est quoddam fovea, et sicut rectè —
itur seu iri potest per quandam Segam
seu terminum qui dividit territoria
de Pontfornon, et de las Mazere, et de
Peyregues, et eundo per dictam Segam
usque ad quandam combam, quæ est
in capite dictæ Segue, et sicut per —
dictam combam itur ascendendo usque
ad quandam serram, quæ dividit —
territorium de Pontfornon et de Peyregues,
et à dicta serra sicut rectè iri potest
usque ad combam ibi propè, et sicut per
dictam combam itur descendendo rectè

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Morede. 1286. N°. 105.

usque ad quamdam foveam seu puteum, et sicut à dicta fovea seu puteo rectè itur versùs Rivum de la Claranca; et sicut idem Rivus de la Claranca rectè descendit usque ad quemdam passum, qui est in dicto Rivo super campum seu terram quam Petrus Damos ex colit, et à dicto passu sicut rectè iri potest ascendendo usque ad quendam cophinum lapideum, qui dividit terras Sancti Petri de Vico et dictæ domûs de Moreda, et à dicto cophino descendendo usque ad quoddam vallum quod dividit terras Domini de Baulhiano et dictæ Domûs de Moreda, et à dicto vallo sicut itur rectè seu iri potest versùs Rivum seu flumen Osseæ, et sicut Ossea rectè descendit usque ad Rivum de Pont fornon, ex altera.

3. Item voluerunt et concesserunt Dominus Comes et abbas predicti, pro se et successoribus suis, quod merum et mixtum imperium et omnimoda juridictio alta et bassa, et omne exercitium Juridictionis et exsequutio eorumdem in dicta villa intùs et extrà, et in territoriis et terris superiùs designatis et confrontatis, sint et pertineant perpetuò pro indiviso pro equalibus partibus ad Dominos abbatem et comitem predictos, et eorum successores, et quod predicta possint et

valeant liberè per se, vel per Bajulos seu officiales suos exequi et exercere, excepto resorto et appellatione quod dictus Dominus Comes sibi retinuit sicut Dominus superior et successoribus suis. Morede. 1286. N°. 105.

4. Item fuit actum et conventum inter Dominos predictos, quod si aliquæ peciæ terræ infrà dictos terminos contentæ appareret pro tempore aliorum Dominorum esse, quam dicti Domini abbatis, et contingeret peti seu evinci, quod dictus Dominus abbas de evictione seu ademandam dicto Domino Comiti minimè teneatur.

5. Item voluerunt et concesserunt abbas et Comes predicti, quod omnes leges, gagia, incursus seu incurrimenta rerum mobilium et immobilium, terræ et territoria, aggreria, seu terræ merita, census, obliæ, vendæ, leudæ, pedagia, ac omnia alia deveria in illis provenientia, ratione juridictionis, vel aliâ quâcumque ex causa, et quocumque nomine censeantur, per medium dividantur, et sint et pertineant ad Dominos predictos, exceptis locis ubi terrada, Grangiæ antiquæ et Ecclesiæ sunt sitæ, et casalia ad faciendum ortalicia, et exceptis viridariis pomorum, prout circumdata sunt vallis seu fossatis antiquis, et exceptis viginti Conchatis terræ Vicensibus ad opus pratorum pro feno in

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Morede. 1286. N°. 105.

terris cultis, et exceptis decimis et primitiis et omnibus juribus spiritualibus et ecclesiasticis, et excepto furno seu furnis, seu redditibus, qui percipi poterunt ex eisdem, cum duabus plasheis infrà dictam villam necessariis seu adherentibus furno seu furnis: quae omnia supradicta specialiter et expressè sibi retinuit idem Dominus abbas, pro se et successoribus suis, cum voluntate Domini Comitis predicti.

6. Item retinuit idem Dominus abbas, pro se et suis successoribus, volente et consentiente eodem Domino Comite, quod idem Dominus Comes, nec alius possit piscari in suis piscariis seu engorguatis, sine eorum voluntate: si verò fecerint, pices, qui capti fuerint, sint abbatis et conventus, videlicet circà domum et infrà vallata dictae Domûs.

7. Item fuit concessum per dictum Dominum Comitem, quod si aliquis domum, vel ortum, vel aliquam rem immobilem legaverit abbati et monasterio casae Dei, quod abbas et conventus possint ea habere et tenere, dum tamen infrà annum et diem ea vendant, vel aliàs ponant ea extrà manum suam in manu feudatariorum, qui solvere possint et valeant pro predictis servitia et deveria consueta.

8°. Item

8. Item fuit actum et concessum, quod si dictus Dominus Comes, vel ejus heredes, in dicto loco seu territoriis aliquid acquisiverint, donatione, emptione vel alia ex causa, quod medietatem rei collatae vel emptae habeat abbas et conventus predicti, dum tamen persolvant medietatem precii seu valoris rey emptae vel alias acquisitae, ut suprà dictum est: et idem sit in omnibus et per omnia in rebus donatis et acquisitis per ipsum Dominum abbatem et conventum, exceptis relictis amore Dei seu in eleemosinam datis abbati et conventui predictis. Morede. 1286. N°. 105.

9. Item voluerunt et assentierunt Domini abbas et comes predicti sibi invicem, quod quilibet eorum possit habere et construere in dicta villa loca franca ad faciendum castra seu fortalitia sua: et insuper concessit idem Dominus abbas, quod idem Dominus Comes habeat infrà dictos terminos in territoriis predictis in bono et loco ydoneis viginti conquatas vicenses pro cultura sua.

10. Item voluerunt et concesserunt abbas et comes predicti, quod quilibet eorum habeat medietatem in omnibus leudis, pedagiis, vectigalibus, mensuris, scribaniis, tabulis,

X. iiij.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Morede. 1286. N°. 105. banchys macellorum, et in omnibus aliis juribus, quae spectabant et spectare poterunt ad dominationem Dominorum dicti loci. Est tamen sciendum, quod expensae bancharum macellorum habent solvi communiter per Dominos supradictos.

11. Item fuit actum et concessum inter ipsos Dominos, quod quilibet eorum possit et valeat habere Bajulum suum in dicta villa, per quos juridictio et gubernatio dictae villae exerceatur, qui Bajuli jurabunt inter se sibi ad invicem fidelitatem, societatem tenere, servare, et unus alteri de perceptis reddere compotum et legalem rationem, et hoc quandocumque contingeret Bajulum seu Bajulos immutari seu de novo institui, vel creari.

12. Item fuit actum et concessum, quod abbas et comes predicti, vel Bajuli, qui pro iis in dicta villa erunt, creabunt et instituent in dicta villa notarios, personas publicas, ac preconem communem.

13. Item fuit actum et concessum, quod habitatores dictae villae habent facere et prestare juramentum fidelitatis, ut moris est, quando contigerit Dominum immutari, vel innovari, comitem vel abbatem.

14. Item voluit et concessit idem Dominus comes, quod ipse, nec sui, debent aliquem de familia Domini abbatis et conventus, vel bona

bona eorum indebitè capere, nec aliquam injuriam inferre; et illud idem concessit idem Dominus abbas Domino Comiti supradicto. Morede. 1286. N°. 106.

15. Item idem Dominus comes retinuit sibi, et ipse Dominus abbas concessit, quod ipse possit habere, ducere et extrahere de dicta villa exercitum et cabalgatam, et domum communem, sicut in aliis locis sui comitatus seu terentiarii habeat.

16. Item voluit et concessit idem Dominus comes, quod ipse et homines dictae villae, et successores eorumdem, teneantur deffendere et amparare bona ipsius abbatis et conventus, sicut bona Comitis, et dicti homines, sequi ipsum Dominum abbatem et mandatum suum infrà terminos pariagii : ~~[illegible]~~

~~[illegible]~~

17. Item fuit actum et concessum inter dictum Dominum abbatem et Comitem, quod si inter homines seu vicinos habitatores dictae villae, vel alios extraneos contrahentes vel delinquentes infrà terminos suprascriptos, questionem aliquam personalem, vel realem, aut criminalem, in dicta villa contingeret agitari, vel inter vicinum, vel extraneum, ubicumque deliquerint vel contraxerint, dum tamen in dicta villa sententorio ejusdem, coram Bajulis Domini Comitis et abbatis, vel eorum altero, causae seu questiones ventilentur, leges et justitia, clamores et incursus rerum mobilium

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Morede. 1286. N°. 105. sibi solverentur.

23. Item Dominus comes promisit pro se, et successoribus suis, bonâ fide deffendere et amparare dictum Dominum abbatem, et ejus successores, et fratres Casoe Dei, et res et bona eorum ab injuriis et molestiis quibuscumque per totam terram suam.

24. Item concesserunt abbas et Dominus Comes predicti, quod si aliqua essent addenda, corrigenda seu declaranda in hoc presenti Pariagio, quod illa addantur, corrigantur, declarentur, si necesse fuerit, per Senescallum dicti Domini Comitis, vel per Judicem ordinarium Fezenciaci, et per Priorem seu Sindicum Domini abbatis Casoe Dei.

25. Item voluerunt predicti Dominus Comes et abbas, et concesserunt et promiserunt sibi ad invicem omnia et singula in presenti pariagio suprascripta tenere, et servare perpetuò, et in contrà non venire in toto, nec in parte, per se, vel per aliquam interpositam personam, jurando ad invicem ad Sancta Dei Evangelia corporaliter manibus suis tacta, volueruntque, promiserunt et concesserunt presens pariagium jurari denuò, quandocumque contigerit Comitem vel abbatem immutari seu de novo creari, vel statui: volueruntque Domini predicti quod de

de predictis omnibus et singulis fierent Morede. 1286. N°. 105. duo publica instrumenta sigillata sigillis eorumdem et sigillo conventûs monasterii Casoe Dei: et voluerunt quod predicta instrumenta valeant et in sui firmitate permaneant cum sigillis et sine sigillis, si contingeret sigilla rumpi, vel vetustate consumi, et quod instrumenta publica possint refici seu renovari quandocumque ad requisitionem alterius utrius partium predictarum, substantiâ de suprascriptis seu ordinatis in aliquo non mutatâ.

Acta fuerunt hoc et ita posita et concessa apud vicum in aula Domini archiepiscopi auxitani, quarto die in exitu mensis Februarii, anno domini m°. cc°. lxxx°. vj°. regnante Philippo, Rege Franciae, Bernardo, Comite Fezenciaci et armaniaci supra dicto, et amaneuo, archiepiscopo auxitano. Testes istorum sunt et qui interfuerunt Nobilis Domina Matha, Dei gratiâ Comitissa armaniaci et Fezenciaci, mater dicti Domini Comitis: Forcius de Salis, Senescallus Armaniaci et Fezenciaci, Dominus Bernardus de Montepesato, Dominus Augerius deus Sees, milites: Dominus arnaldus de Vaulato, Domicellus: frater arnaldus Guilhermi de Torduno, sacrista Casoe Dei:

N°. 105. Morede. 1286. magister Bernardus de ampels, — Canonicus Vici, et capellanus et archipresbiter Vici: Ramundus deu Costau, archipresbiter Salamensis: magister Guilhermus de Lavardaco, Jurisperitus: magister — Vitalis de Monte, Notarius curiae Judicis ordinarii dicti Domini Comitis: Garsias Arnaldi de Bads, et ego Guilhermus dela molera, publicus Vici notarius, qui hanc Cartam scripsi cum alia unius et ejusdem tenoris de predictis consensu predictorum Dominorum Comitis et abbatis, et ad — requisitionem eorumdem, et in formam publicam redegi, et signo meo consueto signavi, scilicet unam dicto Domino — Comiti, et aliam dicto Domino abbati. —

N°. 106. Bucilly. 1170. [illegible] dico, ... M^r. Hugo raporte une — espece de Pareage entre l'abbé de S^t. Pierre de Bucilli et Jaques de Guise, qui confirme ce que j'ai raporté de Graverol. Il fut fait en 1170. et ratifié par l'Eveque de Laon en — 1187. .. Ego Ludovicus, Dei gratiâ Buciliensis abbas, omnibus fidelibus christianis in — perpetuum, notum fieri volumus, tam futuris, quam presentibus, in hoc nos assensu capituli nostri et Jacobum, Dominum de Guisia, — convenisse, ut villam pariter edificemus in — territorio communo, quod Ecclesiae nostrae — proprium est, lege quâ Vervin constructum est, in

in loco, qui dicitur Mons Putei: ita tamen quod detinemus totam decimam, terragium, census pratorum, sylvagia, apes et jus cinerum, libertatem territorii ex integro nobis retinentes, molendina etiam bannalia: neque enim — alius alia edificabit molendina, nisi ea quae propria erunt Ecclesiae: vivaria quoque cum tota piscaria Tholosae, et furnos bannales, alios enim quam bannales habere non licebit. In quibus furnis nos Domino — Jacobo medietatem tantùm in vita — concedimus, post cujus mortem cedent in — partem nostram. Jus quoque venditionum sive in villa, sive extrà villam, nobis — retinemus. Domum verò cum aisentiis — necessariis ab omni exactione liberam in villa, ubi placuerit habebimus. Si quis libertatem — fregerit, domus refugio liberabitur. Si aliqui de familia Ecclesiae intrà curtis ambitum rixantes, se invicem conturbaverint, Ecclesia absque villae justitia pacabit eos: si pacari noluerint, et — proclamationem fecerint, lege villae tractabuntur. Attamen Domus Ecclesiae legi villae nullomodo subjacebit, quia omnimodò libera est, nec cujuspiam foris factum in eam retorquebitur. Si mansuarius à villa recesserit, Ecclesia terram ejus colet, donec idem vel alter redeat, qui eam colat. quod si villam contigerit destrui, terra coletur ab — Ecclesia donec communi assensu, videlicet — saepè dictae Ecclesiae et Domini de Guisia, — reaedificetur lege quâ prius constructa fuerat.

N°. 106. Bucilly. 1170.

N°. 106. Bucilly. 1170. Domino autem de Guisia Jacobo, et ejus Successoribus, concedit Ecclesia ceteros redditus villæ, ceterasque querelas juxtà legem de Vervin, qui ab eo mutari non poterunt, et duas terræ carruces, de quibus terragium et decimam solvet, sicut alius terræ cultor, et in horreum Ecclesiæ conduci terragium faciet. Verumtamen, si terram prenominatam Dominus non coluerit, Ecclesiæ colere licebit. Domum quoque ejusdem libertatis, cujus et domus Ecclesiæ, habebit Dominus de Guisia in villa. Hæc villa, vel redditus Ecclesiæ seu terræ Domino Guisiæ concessa, non poterit cuiquam in eleemosinam vel in feodum dari, commutari, vendi, seu invadiari, nisi Ecclesiæ à qua descendit. Ne autem hujus paginæ tenor temerè infringatur, et testium subscriptione et chirographi subscriptione, et sigilli Ecclesiæ nostræ, sigilli etiam sæpè dicti Domini impressione muniri fecimus. Signum Godefridi de Guisia. Signum Galteri de Bozies. Signum Raineri. Signum Sains. Signum Droconis de Drocibun. Signum Gerardi de Puiseur. Signum Droconis de Bauriens. Signum Clarenbaldi de Fasti. Signum Gerardi de Seguncurt. Actum et confirmatum anno Incarnati Verbi M°. C°. LXX°.

La Confirmation de Roger, Eveque de Laon, n'a rien de remarquable que la clause suivante. exceptis tantùm oblationibus et personatu altaris et minutâ decimâ, quæ sibi retinet Ecclesia, excepto quod tertia pars decimæ majoris et minutæ cedit Sacerdoti.

~~[illegible]~~ Sentence arbitrale entre l'Abbé de la Casedieu & Guillaume de Podenas pour Port & Fontaylhes. N°. 107. 1287. Port & Fontaylhes.

Noverint universi, tam presentes, quam futuri, quod cùm questio seu controversia diù verteretur inter Religiosum virum Dominum Stephanum, divinâ providentiâ abbatem Casæ Dei, et conventum ejusdem loci, ex una parte, et nobilem virum Dominum Guillelmum de Podenasio, militem, ex altera, ratione territorii seu affarii vocati deu Port, et territorii seu affarii vocati de Fontaylhes, et terrarum cultarum et incultarum, et pertinentiarum eorumdem: et tandem predictæ Partes pro se et suis omnibus presentibus et futuris, et dictus Dominus abbas, pro se et conventu Casædei et suis Successoribus, se compromisissent super predictis, ut primâ facie apparebat in quodam instrumento publico seu compromisso confecto per manum mei notarii subscripti, in nobiles viros Dominum Raymundum Heymerici de montesquivo, Dominum Ramundum ~~[illegible]~~ Bernardi de Gelhas, Dominum Bartholomæum de Calhaveto, milites, Odonem de Pardelhano, Domicellum, et Religiosos viros fratrem Sancium de montesquivo, Priorem Casædei, et fratrem Bernardum de Mazeriis, Sindicum Casædei,

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N°. 107.
Port & Fontaylhes.
1287.

cujus tenor talis est. Noverint universi presentes et futuri, quod Religiosus vir Dominus Stephanus, Dei abbas Casædei gratiâ, pro se et suis Successoribus et dictus Conventus Casædei, ex una parte : et Dominus Guillelmus de Bodenasio, miles, pro se et suis Successoribus, ex altera, eorum Spontaneâ voluntate compromiserunt in presentia illustris viri Domini Bernardi, Dei gratiâ Comitis Armaniaci et Fezenciaci, et Reverendæ Dominæ Dominæ Mathæ, matris suæ, Dei gratiâ Comitissæ Armaniaci et Fezenciaci, in nobiles viros Dominum Raymundum Heymericii, de Montesquivo, Dominum Raimundum Bernardi de Gelhaas, Dominum Bartolomæum de Calhaveto, milites, fratrem Sancium de Montesquivo, fratrem Bernardum de Mareriis, Sindicum Casædei, ut in arbitros, arbitratores seu amicabiles compositores, super questione et controversia, quæ inter dictas partes vertebatur et verti poterat, ratione territorii seu affarii vocati deu Port, et territorii seu affarii vocati de Fontaylhes, et terrarum cultarum et incultarum, jurium et pertinentiarum eorumdem, ita quod quidquid ipsi concorditer, vel duo de predictis militibus cum dicto Domicello, et predicti Religiosi, dixerint, pronuntiaverint, fecerint, cognoverint seu arbitrati fuerint super predictis dicto, judicio, laudo vel arbitrio, arbitratione

Tom. V. Y. seu

N°. 107.
Port & Fontaylhes.
1287.

seu amicabili compositione, divisione sive concordia, seu altero modo, die feriatâ vel non feriatâ, stando vel sedendo, semel vel pluries, altè seu bassè, omni horâ et omni loco, partibus presentibus vel non presentibus, juris ordine servato vel non servato, predictæ partes pro se et suis Successoribus et suis omnibus, juramento prestito sacrosanctis Dei Evangeliis corporaliter manibus tactis, per firmam et sollempnem stipulationem, et sub pena centum Marcharum argenti solvenda à parte arbitrium non servante parti servanti et hobedienti, et Domino Bernardo, Dei Gratiâ Comiti Armaniaci et Fezenciaci per medium applicanda, tenere et complere perpetuò ac etiam irrevocabiliter observare, et in nullo contravenire de jure vel de facto, consilio, ope vel opere sub ypotheca et obligatione omnium bonorum suorum omnibus locis et dicti Monasterii, predictus Dominus concessit, proquâ pena solvenda, ut superius continetur, fidejusserunt pro utraque parte quilibet in solidum Dominus Bernardus de Monteacuto, Dominus Bertrandus de Bodastron, milites, Petrus de Marrenxs et Fortanerius Lupati, Domicelli, qui expressè renuntiaverunt authenticæ de fidejussoribus presente, et Epistolæ Divi Adriani, et omnia bona sua obligaverunt. Renunciantes predictæ partes gratis insuper omni beneficio juris divini et humani, Canonici et Civilis, fori que privilegio, et omni usui, consuetudini et Dominio, et omnibus exceptionibus lupé

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N°. 107.
Port & Fontaylhes.
1287.

et deffensionibus quae competerent vel —
competere possent ratione compromittentium
vel arbitrorum, arbitratorum seu amicabilium
compositorum, seu rerum de quibus compromissum
est, et omnibus aliis deffensionibus seu impugnationibus,
et omni juris auxilio per quae contra premissa vel
premissorum aliqua processu temporis forsitan
posset iri; acto etiam specialiter et expresse quod
pena soluta, vel non soluta, comissa vel non —
comissa, dictum, judicium vel arbitrium, vel —
divisio, in suo robore perseveret. Potestate vero
predictorum arbitrorum, arbitratorum seu —
amicabilium compositorum usque ad festum —
Nativitatis beati Johannis Baptistae proximum
duratura. Item predicti arbitri, arbitratores seu
amicabiles compositores ibidem presentes, et in
se suscipientes presens compromissum juraverunt
ad sancta Dei Evangelia corporaliter manibus —
tacta, dictum, judicium, seu arbitrium, arbitrationem,
vel amicabilem compositionem, vel divisionem,
facere seu dicere et pronunciare de predictis, —
si personaliter interesse poterunt omnes, vel illi
qui presentes erunt et specialiter ad hoc —
congregati, et ratione predictorum ad faciendum,
dicendum seu pronunciandum dictum, judicium,
arbitrium, arbitrationem seu amicabilem —
Date compositionem vel divisionem de predictis. Factum
fuit hoc apud Espaas xij. die | 20. exitus mensis
aprilis, in presentia et testimonio Domini Forcii
de

N°. 107.
Port & Fontaylhes.
1287.

de Salis, Senescalli Armaniaci et Ferenciaci,
Domini Azemarii de Besolha, Domini Arnaldi
de Petrucia, militum, Guillelmi de Astaforti,
Heymerici de Averonio, Arnaldi Guillelmi de
Manhaut, Bernardi ~~[illegible]~~ d'Arrigaper, et
mei Guillelmi de la Molera, publici Vici notarii,
qui hanc cartam scripsi consensu utriusque —
predictorum, anno Domini m°. cc°. lxxxvij°. —
regnante Philippo, Rege Francorum: dominante
Bernardo, Comite ~~Armaniaci~~ Ferenciaci et
Armaniaci supradicto, et Amanevo, archiepiscopo
supradicto Auxitano. Predicti arbitri, —
arbitratores, seu amicabiles compositores, scilicet
predicti Dominus Ramundus Heymerici, —
Dominus Bartholomaeus, Odo de Sardelhano, —
frater Sancius, frater Bernardus, presentes,
viso et intellecto dicto contractu et controversiâ
et pelzito et habito consilio inter se super predictis,
et diligenti tractatu, dixerunt et pronunciaverunt
dictum suum seu arbitrium, arbitrationem —
seu amicabilem compositionem vel divisionem
de predictis, arbitrando seu amicabiliter —
componendo pro bono pacis et concordiae, ut sequitur
in hunc modum: Dicentes, quod à quadam comba,
quae est propinquior campo cuidam seu terrae —
Domini Arnaldi de Malartico, militis, versus —
partem hospitalis de Larroquete, prout dicta —
comba rectè cadit in rivum vocatum deu Port,
scilicet à quodam confino lapideo qui debet poni in
capite dictae combae in culto, et à dicto confino usque
ad alium confinum quem dixerunt esse prope campum

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N°. 107. Port & Fontaylhes. 1287.

Seu terram dicti Domini Arnaldi de Malastico: et ab eodem confino per cordam rectè poterit — duci versùs terram dicti Domini Arnaldi de Malastico et versùs rivum deu Port sit dicti Domini Guillelmi de Bodenasio, et ejus heredis, sine parte predictorum Domini Abbatis et Conventûs, et eorum successorum et domûs Casædei. Item dixerunt et pronunciaverunt, quod à dicto confino, quod est in capite dictæ combæ per cordam rectè poterit duci versùs viam — publicam per quam itur de Luvaco versùs — Lamgsham-girart à parte terræ dicti Domini Arnaldi de Malastico, quod dividatur per medium inter dictum Dominum Guillelmum, ex una parte, et per dictos Dominum Abbatem et Conventum, ex altera, ita quod pars dicti Domini Guillelmi sit — versùs terram predicti Domini Arnaldi à parte inferiori: et pars predictorum Domini Abbatis et Conventûs sit à parte superiori versùs Luvacum. Item dixerunt et pronunciaverunt dictum suum seu arbitrium predicti arbitri, arbitratores seu amicabiles compositores presentes super predictis, quod à quodam confino, quod est in capite predictæ Combæ deu Port, prout de dicto confino rectè corda poterit duci versùs alium confinum, quod est ad caput cujusdam termini, et à dicto confino seu termino per cordam rectè poterit duci usque ad — fontem vocatum deu Byguet, et à dicto fonte rectè versùs quendam confinum qui est in campo quem Ramundus Machari excolit, et à dicto confino per culnum campi predicti Ramundi Machari, prout rectè potest iri per dictum campum usque ad viam publicam rectè

N°. 107. Port & Fontaylhes. 1287.

rectè per quam itur de Luvaco versùs villam Vici, à parte anteriori versùs Luvacum sit dictorum Domini Abbatis et Conventûs, et eorum successorum, et domûs monasterii Casædei sine parte predicti — Domini Guillelmi et ejus heredis. Item pronunciaverunt et dixerunt predicti arbitri, arbitratores seu — amicabiles compositores super predictis, quod — terra culta et inculta, quæ est inter dictos confinos et rivum vocatum deu Port, dividatur per medium inter dictum Dominum Guillelmum, ex una parte, et predictos Dominum Abbatem et Conventum, ex altera, ita quod pars predictorum Dominorum Casædei sit de dicto rivo usque ad terram Casædei, à parte superiori, et pars dicti Domini Guillelmi sit de dicto rivo extrà usque ad terram predictorum Dominorum Casædei versùs partem terræ deu Port, ita quod pars dicti Domini Guillelmi sit à parte inferiori, et pars predictorum Dominorum Abbatis et Conventûs sit à parte superiori, et quod predicti — Dominus Bartholomeus et frater Bernardus de Mazeriis habeant potestatem dividendi predictas terras, quæ sunt ad dividendum et remanent ibi, inter dictos Dominum Abbatem et Conventum, et dictum Dominum Guillelmum, et ponendi dictos — confinos, et faciendi poni in predictis locis ubi sunt ponendi, predictis partibus presentibus, vel non — presentibus. Item dixerunt et pronunciaverunt dictum suum seu arbitrium super predictis predicti arbitri, arbitratores seu amicabiles compositores, quod secundùm attestationes testium productorum per partem predictorum Domini Abbatis et Conventûs, quod terra deu Port et alia terra divisa et indivisa —

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

No. 107. Port & Fontaylhes. 1287.

Superiùs nominata, prout confrontatur cum dicto rivo deu Port et cum terra Dominici de Naberet et cum terra de Larroqueta, et cum terra Domini Arnaldi de Malartico, erant de Parochia Sti. Iohannis de Luvaco, et sunt, et dixerunt esse. Item dixerunt et pronunciaverunt super predictis predicti arbitri, arbitratores seu amicabiles compositores presentes super predictis dictum suum seu arbitrium, quod predicta terra, quae debet dividi per medium inter predictas partes, prout confrontatur cum terra monasterii Casaedei à parte anteriori, et cum Rivo vocato deu Port à parte posteriori, et cum quadam Lega, seu confinis, quae sunt ad caput campi dicti Ramundi Machari à parte superiori, et cum terra deu Port, prout superiùs fuit divisa, quod merum imperium et alta justitia sit predicti Domini Guillelmi, et ejus heredis, ratione castri de Marambato, et quod dictus Dominus abbas ~~tes~~ recognoscat se tenere dictam terram à dicto Domino Guillelmo ratione dicti castri liberè sicut à Domino majori immediatè, ita quod Dominus abbas, et conventus Casaedei, et eorum successores, non teneantur facere sibi aliquod servicium ratione dictae terrae, nec aliquod aliud deverium, exercitum seu Cavalgatam, nec ad suam curiam venire, nec ipse Dominus Guillelmus, vel ejus heres, vel Successor ipsius, possit compellere in aliquo ratione predictae terrae, imò predicti Domini abbas, et conventus ~~et~~ eorum successores, habeant ibi omnem aliam jurisdictionem, et legem lxxa. solidorum morlanorum et infra, et omnem cognitionem

No. 107. Port & Fontaylhes. 1287.

cognitionem feudalem et incursum, si contingeret haberi et levari, prout in consuetudine generali meliùs continetur et dicitur de illis qui incursus habent, non obstantibus predictis. Quod dictum, arbitrium, seu dicta vel arbitria predicta, et omnia predicta et singula, predictae partes, scilicet predictus Dominus Guillelmus, pro se, et suis omnibus, et predictus Dominus abbas, pro se et suis successoribus, et nomine conventus Casae Dei, ibidem presentes expressè emologaverunt, laudaverunt, ratificaverunt, consentierunt et approbaverunt perpetuò tenere et complere, ac etiam irrevocabiliter observare, et in aliquo non contra venire per se, vel per aliquam interpositam personam, aliquâ ratione, aliquo jure, ullo modo in solidum, vel in parte. Facta fuerunt hoec ~~et~~ ~~com~~posita, dicta, et pronunciata, et concessa, ad caput dictae comboe, quae cadit in dictum rivum vocatum deu Port, secundo die exitûs |30.| mensis aprilis, in presentia et testimonio Domini Ramundi de Cionio, Domini Arnaldi de Malartico, Domini Arnaldi de Bauthiano, militum, Fortanerii Lupati, Odonis Lupati, Ramundi Garsiae de Ferraboc, Odonis de Ferraboc, Domicellorum, Petri Marthe, magistri Guillelmi de Marabato, Petri de Barrio, Foccii de Veraco: et mei Guillelmi de la Molera, publici Vici notarii, qui hanc cartam scripsi consensu utriusque cum alia unius et ejusdem tenoris de predictis ad requisitionem partium predictarum, et meo signo consueto signavi, quarum unam habuit predicti Dominus abbas et conventus, lupré

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N°. 107. Port & Fontaylhes. 1287.

et aliam dictus Dominus Guillelmus. Anno Domini quo suprà, regnante Philippo, Rege Francorum, Dominante Bernardo, Comite, et Amanevo, archiepiscopo supradictis, et ut superius continetur.

Casedieu. 1333. N°. 108.

· Dispute devant Pierre Taulini, Notaire & commissaire, entre la Casedieu & le seigneur de Montesquieu sur les amendes: à Piis.

Noverint universi, quod magister Petrus Taulini, notarius Regius Marsiaci, auctoritate mandati litteratorii sibi facti per discretum virum magistrum Petrum de Pinibus, clericum Domini nostri Franciae Regis, ejusque incursuum heresis Senescalliae Tholosanae procuratorem, atque gardiatorem specialem deputatum, Domino abbati et conventui Monasterii Casaedei, et suorum bonorum quorumcumque, ad requisitionem dicti Domini abbatis accessit personaliter ad locum seu Grangiam de Marenchis dicti Monasterii, et inde ad territorium

Piis. de Pinibus ad dictam Grangiam pertinens, et ad Bordam sive hospitium Assini Pena, propter crimina et delicta per ipsum commissa condempnati criminaliter et peremptoriè per Curiam Domini de Montesquivo, cujus bonorum medietas incursa erat Domino, aliâ medietate liberis ejusdem remanente, ut dicebatur juxtà usum et consuetudinem de Montesquivo: et ibidem fecit citari et evocari per Petrum Barta, servientem Marsiaci regium, testes infrascriptos et habitatores dicti territorii de Pinibus, videlicet Geraldam, uxorem dicti Assini de Pena, et Fortium de Manso, qui juraverunt ad Sancta Dei Evangelia, dixerunt et deposuerunt publicè, factis sibi per dictum Notarium eis interrogationibus, dictam Bordam cum terris contiguis circà quatuor arpenta cum vinea et prato, esse situatam infrà adjacentias territorii de

de Pinibus in medio dicti territorii, vel circà, Casedieu. 1333. N°. 108.
et quod dictus Assinus condempnatus extitit ad amittendam medietatem bonorum suorum per Curiam Domini de Montesquivo, et quod semper viderant postquam in dicto territorio fuerant habitatores, quod feuda, vendas, agreria, et alia quaecumque deveria anno quolibet solvebantur Grangierio de Marrenchis, Domino Abbati et monasterio Casaedei, excepto quod civadagium solvebant Domino de Montesquivo, et gallinas Consulibus dicti loci de Montesquivo. qui quidem magister Petrus Taulini, Notarius, auctoritate dicti sui mandati, attendens quod per tenorem dicti mandati constabat de donatione facta dictis Domino Abbati et Monasterio Casaedei de dicto territorio de Pinibus, de legibus, juribus et incurramentis, prout in dicta Littera et potiùs in instrumento à quo in eadem Littera inferiùs inserta latiùs continetur, et etiam constat sibi per relationem et depositionem dictorum Testium, et quorumdam aliorum proborum virorum, dictam Bordam et terras dicti Assini de Pena esse situata in territorio de Pinibus, et infrà adjacentias contentas in dicto instrumento, omnia bona dicti Assini, sicut praedicitur, incursa Dominio propter ejus delicta, posuit ad manum Domini nostri Regis, auctoritate dictae suae commissionis, requirens me Notarium infrascriptum, ut de predictis retinerem et facerem publicum instrumentum. Actum fuit hoc in loco et territorio de Pinibus, die Veneris post festum Decollationis beati Johannis Baptistae, anno Domini m°. ccc°. xxxiij°. regnante Domino Philippo Rege Franciae; Guilhermo, archiepiscopo Auxitano existente; in presentia et testimonio Petri Barta, servientis; Bernardi de Vallesoriguera; Durandi de Fonte mezalha. Exinde eâdem die, et regnantibus quibus suprà, predictus magister Petrus Taulini, notarius, accessit ad locum de Montesquivo, et ad Bajulum dicti loci,

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Caledieu. 1333. N°. 108.

et vocato coram se magistro Johanne de Condomio, qui se asserebat Procuratorem Domini Gentilis de Montesquivo, Domini dicti loci, fecit ibidem dictam ~~mandatum~~ perlegi, et in Romancio exponi. quo facto, notificavit dicto Procuratori publicè, quod ipse informatus de contentis in dicto mandato posuerat et ponebat ad manum Domini nostri Regis sub Salvagardia Regia Domini abbatis et monasterii Casae Dei, omnia bona immobilia, quae dictus Assinus de Pena habebat in dicto territorio de Pinibus tanquam incursa pro medietate dicto Domino abbati et monasterio Casae Dei. Et cùm dictus Procurator à predictis appellaret, et se opponeret jure dicti Domini de Montesquivo, asserendo dictum incursum ad dictum Dominum suum pertinere, dictus Notarius et Comissarius, auctoritate dictae suae Comissionis, et juxtà formam et tenorem dictae Comissionis, bonis predictis de quibus agitur positis ad manum regiam, ut superiùs continetur, salvo jure partium in possessione et proprietate, ajornavit, et etiam assignavit dictum Procuratorem dicti Domini de Montesquivo, nomine dicti Domini sui, necnon et fratrem Dominicum de Romania, Procuratorem et Sindicum dicti monasterii Casaedei, prout asserabat; ad secundam diem assiziae Domini Senescalli Tolosani in aula nova regia coram dicto magistro Petro de Pinibus, seu Domino Senescallo, ostensuros quilibet de jure suo, et aliàs facturos quod fuerit rationis, dictis bonis immobilibus per ipsum ad manum Regiam positis sub eadem manu remanentibus, salvo jure partium in possessione et proprietate, donec per ipsum Dominum Senescallum, vel ab ipso deputatum, aliud fuerit ordinatum. Tenor verò dicti mandati talis est. Petrus de Pinibus, Domini nostri Franciae Regis clericus, ejusque Procurator incursuum heresis Senescalliae Tolosanae

Caledieu. 1333. N°. 108.

et albiensis, commissarius qui datus per Dominum Senescallum Tholosae et albiensis, seu ejus locumtenentem, ad custodiendum et servandum Dominum abbatem et Conventum Monasterii Casae Dei, Premonstratensis ordinis, auxitanae Diocesis in suis justis possessionibus et saisinis, dilecto suo magistro Petro Taulini, Notario, salutem et dilectionem. Cùm per tenorem cujusdam publici nobis exhibiti instrumenti appareat nobilem virum Dominum Ramundum-Aymericum de Montesquivo, militem, Dominum dicti loci de Montesquivo, quondam, de consensu et voluntate nobilis Gentilis de Montesquivo, Domicelli, et filii et heredis, concessisse quod dicti Domines abbas et conventus reciperent, perciperent et haberent incurramenta rerum immobilium, et cognitionem et legem feudorum seu emphiteotim feudatariorum territorii et terrarum de Pinibus, de Paasa, deu Lavay, de la Fitera, de la Barta, deu Jays et de Bedoreto, et, prout accepimus, bona Assini Pena, suis exigentibus demeritis, fuissent incursa, quae situata existant infrà adjacentias supradictas, sicut fertur, propter quod dictus Dominus abbas, vigore dictae concessionis, asserit bonorum immobilium predictorum infrà adjacentias predictas situatorum ex causa predicta ad eum pertinere, et eorum possessionem adeptum fuisse per se, vel per Gentes suas, in ea existere dubitet; quod à nonnullis sibi super hoc injurias fieri, ac indebitas novitates, et se perturbari in possessione predictorum; mandamus vobis committendo, quatenus si vobis constiterit de premissis, et quod dicta bona incursa situata existant infrà adjacentias suprà dictas, dictum Dominum abbatem, et ejus Gentes, in possessione dictorum bonorum manuteneatis, deffendatis sub protectione —

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Casedieu. 1332. N°. 108.

Regia ab injuriis et violentiis quibuscumque; in casu verò in quantum contradictores apparerent volentes se opponere, premissis bonis predictis sub manu regia remanentibus, salvo jure partium in possessione et proprietate, partes ipsas coram Domino Senescallo Tolosano, seu nobis, remittatis, ut possit super his fieri justitiae plenitudo: Mandantes nostris subditis omnibus, ut vobis pareant in premissis. Datum in loco de Marsiaco, die Jovis post festum beati Bartholomaei, Apostoli, anno Domini M°. ccc°. xxxiij°. Actum fuit hoc anno, loco, die et regnante quibus suprà. Hujus rei sunt testes magister Johannes de Linarossio, notarius; Petrus Barta, Serviens Regius; et ego Arnaldus de Vico veteri, notarius Regius, qui cartam istam recepi, et me subscripsi, et signum meum apposui consuetum.

Premontré. 1689. N°. 109.

Taxe faite sur les Abbaïes de l'Ordre de Premontré en France pour le college de Paris suivant les Tailles anciennes de l'Ordre. 50000.^{ll}

Premontré	1785.^{ll}	12.^{s}	6.^{d}
St Martin de Laon	1785.	12.	6.
Cuissi	1785.	12.	6.
Valsecret	999.	18.	0.
Valseri	1035.	7.	6.
Braine	857.	1.	0.
Chartreuve	571.	8.	0.
Valchretien	285.	14.	0.
Lieu Restauré	357.	2.	6.
Chambre Fontaine	214.	5.	6.
Dilo	571.	8.	0.
Hermieres	571.	8.	0.
St Marian d'Auxerre	571.	8.	0.
St Paul de Sens	142.	17.	0.
Beaulieu	214.	5.	6.
Bassefontaine	214.	5.	6.
La chapelle aux Planches	285.	14.	0.

Moncels.

Premontré. 1689. N°. 109.

Moncels	249.^{ll}	14.^{s}	9.^{d}
Gentis	214.	5.	6.
Claire-Fontaine	1142.^{l}	15.	0.
Bucilli	785.	13.	6.
Thenailles	857.	1.	0.
Chaumont	857.	1.	0.
Sept fontaines en Tierache	499.	19.	6.
Longhé	178.	6.	3.
La Val Dieu	285.	14.	0.
Dompmartin	1785.	12.	6.
St André aux Bois	857.	1.	0.
Sery	1214.	3.	6.
St Pierre de Selincourt	1418.	9.	0.
St Jean d'amiens	1785.	12.	6.
St Just	714.	5.	8.
Marcheroux	357.	2.	6.
Ressons	357.	2.	6.
Joyenval	500.	0.	0.
Abbecourt	357.	2.	6.
Mont St Martin	928.	9.	6.
Vermans	892.	10.	3.
Vicogne	1785.	12.	6.
Chateau l'abbaïe	214.	5.	6.
Furnes	1400.	18.	9.
Licques	1249.	12.	9.
St Augustin	857.	1.	0.
Wadegosse	357.	2.	6.
Belleval	449.	16.	6.
Sept fontaines en Bourgogne	449.	16.	6.
Jandure	357.	2.	6.
Jovilliers	285.	14.	0.
Rengeval	164.	2.	6.
Pont à Mousson	285.	14.	0.
Mureaux	571.	8.	0.
Bonfai	142.	17.	0.
Ethival	428.	11.	0.
Flabemont	371.	10.	6.
Lestanche	142.	17.	0.
St Paul de Verdun	928.	9.	6.
Justemont	357.	2.	6.
Salival	357.	2.	6.
La lucerne	857.	1.	0.
Blanchelande	857.	1.	0.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Premontré. 1689. N°. 109.

	₶	s	d
L'Etoile.	428.	1.	0.
Perréneuf.	285.	14.	0.
Beauport	1071.	6.	6.
Silli.	785.	13.	6.
St. Jean de Falaise	928.	9.	6.
Belleetoile.	357.	2.	6.
Ardenne.	857.	1.	0.
Mondde.	464.	0.	6.
L'Ile Dieu.	428.	11.	0.
Bellosane.	285.	14.	0.
La Casedieu.	357.	2.	6.
St. Jean de la Castelle.	214.	5.	6.
Sarance.	56.	15.	0.
Combelongue.	214.	5.	6.
La capelle.	285.	14.	0.
Foncaude.	106.	18.	0.
Corneuil	272.	15.	6.
Douë.	131.	14.	0
St. Gilbert.	242.	13.	0
St. André de clermont.	1071.	6.	6.
Arthoux.	106.	18.	0.
Bellevaux.	203.	3.	0.

on a omis la Honce & Divielle

Casedieu. 1689. N°. 110.

Repartition faite de la taxe de la Casedieu sur ses membres.

	₶	s	d
L'abbaïe de la Casedieu.	182.	2.	6.
Le Granger de Vic fezensac.	50.	0.	0.
Le Prieur de Ste. anne des Arres.	25.	0.	0.
Les curés de Cairon.	25.	0.	0.
Cousenx.	12.	0.	0.
St. Laurens.	12.	0.	0.
d'Ardenac.	12.	0.	0.
Lubiac.	12.	0.	0.
Tabaux.	12.	0.	0.
Plaisance.	15.	0.	0.
	357.	2.	6.

Cette taxe fut faite par François le Regratier, abbé de St. Jean de la Castelle et de Sarance, Vicaire general de l'abbé de Premontré, General de l'ordre, dans la Gascogne et le Languedoc.

Sentence

1290. N°. 111. Casedieu. Voiez page 422. du IVe. Tome.

Sentence arbitrale entre le Seigneur de Peyrusse & la Casedieu sur les biens de l'Abbaïe.

Noverint universi presentes pariter et futuri, hoc presens publicum instrumentum inspecturi ——, Domicellum, et Arnaldum Guillelmum, fratrem ejus, ex altera. —— presentes litteras pervenerint. Stephanus, miseratione divinâ, abbas Casædei, et conventus —— Sindicum, ychonomum vel actorem, fratrem Bernardum Beguerium —— die veneris proximâ ante festum beatæ Katerinæ, Virginis, anno Domini 1285. et dominus Stephanus, divinâ miseratione abbas dicti monasterii —— de Lanafranqua, Provisor: frater Guillelmus de Maloburgeto, operarius: frater Guillelmus de Marambato, Subcentor: frater Vitalis de Domibus; frater —— parte una: et Dominus Teobaldus de Petrucia et de Angulis, et Arnaldus-Guillelmi, frater ejus, Domicelli, de auctoritate Domini Petri de Bisquer, curatoris dicti Teobaldi, et tutoris dicti Arnaldi-Guillelmi, —— de tutela, pro se et suis, ex altera: cujus tenor tutelæ talis est de verbo ad verbum. Noverint universi presentes pariter et futuri, quod Dominus Petrus de Bisquer, —— Domicelli, pupilli filii Dominæ Ticbors de Petrucia et domini Arnaldi de Angulis, quondam Tutor datus à Domino Comite Pardiaci[1], volens

1. J'ai trouvé ailleurs l'acte qui suit. Universis presentes litteras inspecturis, Arnaldus-Guillelmi, Dei gratiâ Comes Pardiaci, Salutem in Domino. Noveritis, quod Teobaldus de Petrucia, Domicellus, -

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N°. 111. Casedieu. 1290.

minor 25.° annis, major tamen quatuordecim in nostra presentia constitutus petiit humiliter et cum instantia Dominum Petrum de Bilquer, militem, curatorem sibi dari. Nos verò volentes ne res minoris depereant, ejus postulationi — innuentes, predictum militem eidem Theobaldo dedimus in curatorem: qui miles juravit ad Sancta Dei Evangelia, administrare utilia, et inutilia pretermittere, et inventarium facere, et predicti Theobaldi, addescentis, res cavit fore salvas, sub ypoteca et obligatione omnium — bonorum suorum. In cujus rei testimonium — sigillum nostrum presentibus duximus — apponendum. Datum apud Montem Lugdunum, die Sabbati in Vigilia Pentecostes, | 15. May. | anno Domini 1288.

---

volens evitare penas, quæ legitimis Sanctionibus contrà Tutores ═══ stabilitate volens ad earum administrationem procedere, sive de bonis ejus — ante Inventurii confectionem aliquid administrare, suum Inventarium faciendo, venerabili signo — Sanctæ Crucis ═══ facto, dixit et asseruit in presentia mei Notarii infrascripti, et plurium — personarum fide dignarum, se in bonis dicti — Pupilli nichil invenisse. Preterea dixit quod — Castrum de Julhaco ═══ erant data seu legata dicto Arnaldo-Guillelmo, Pupillo, per dictum — Dominum Arnaldum de Angulis quondam, et per dictam Dominam Ticbore, parentes dicti ~~Pupilli, et~~ quondam alia bona, quæ sibi successi ═══ domûs de Angulis: et cum predicta dictus Arnaldus-Guillelmi non teneat de predictis locis seu de redditibus eorumdem, non potuit ponere in

…?…!

in inventario: asserens tamen predicta in bonis et de bonis dicti Pupilli ═══ plura bona ipsius Pupilli ignorabat; dicens quod si pro — tempore plura bona apparerent, vel ipse sciret, quæ essent dicti Pupilli, quod ipsa bona in — inventarium poneret, seu de ipsis ═══ inventarii confectione. Actum fuit hoc apud |Montem| Lugdunum, quarto die in fine marcii, anno Domini 1287. Philippo, Rege Franciæ regnante: Domino — Arnaldo-Guillelmi, Comite Pardiaci ~~regnante~~ dominante ═══ hujus rei testes sunt rogati, vocati et — inquisiti, frater Petrus de Gazads: frater — Garsias de Sarvia, fratres et Canonici monasterii Casæ Dei: magister ═ de Larca, Presbiter: ~~Bernardus~~ Defabro ═══ publicus Pardiaci Notarius, qui istam cartam scripsi, et in formam publicam redegi, et signo meo quo utor in testimonium premissorum ═ Deinde dictæ partes gratis et spontanée ═══ arbitros, arbitratores, amicabiles compositores, in fratrem Sancium de Montesquivo, Canonicum — Casæ Dei, et in Bernardum de Agr ═ electos, ita scilicet quod quicquid ═ vel convenerint, pronunciaverint, dicto, judicio, arbitrio vel arbitramento —— quarum medietatem Bajulo Bellimarchesii, et — aliam medietatem parti ------ Actum est hoc apud Casam Dei, undecimâ die introitûs mensis — Junii. Testes sunt Guillelmus Arnaldi de Teuler, — Forcius Lupati, Domicelli: ---- et ego Sancius de Villa, communis Notarius de Petrucia, qui hanc cartam scripsi, et in publicam formam redegi, et signo meo — inferiùs signavi: regnante Philippo, Rege Francorum: dominante Bernardo, Comite Fezenciaci et Armaniaci: et

N°. 111. Casedieu. 1290.

Lupé

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N° 111. Casedieu. 1290. Domino Amanevo, archiepiscopo auxitano existente, anno Domini 1290. Postquæ dicti arbitri --- promulgaverunt pro bono pacis in hunc modum. Quod villaria, casalia, seu territoria, prout inferius confrontantur, scilicet deu Casaieu, de Guillober et de Nabajet, cum juribus, deveriis et pertinentiis suis: et confrontantur cum casali de Lesc —— Lagors, et prout idem rivus cadit in Rivo vocato Laricau, ex altera: et cum Serra du fart, à quadam fossa, quam dixerunt esse in Serra d'aran —— qui vocatur de tribus forcis: et deinde prout itur seu iri potest —— versùs dictos terminos, est et sit de possessione et proprietate monasterii Casædei: et aliam fossam, quam dixerunt esse propè dictum Casale del —— motam deu Calau, à parte inferiori, et infra —— lia de Pleno follo, de la Serade, de Rufavilla, cum juribus, et deveriis et pertinentiis suis; de dicta fossa, quæ est propè dictam motam deu —— Combam seu gotal de dicta fossa prout rectè it —— est propè Casale de Pleno follo, et prout idem Rivus descendit versùs Rivum de la Prade, ex una parte: et cum terra de Cotexus, ex altera —— confrontantur: quæ terræ seu casalia sunt et sint monasterii Casædei. Item dixerunt quod territorium seu casalia —— invisoo, de las daunetes et de Sesquaar, prout confrontantur à quadam fossa, quam dixerunt esse in dicta Serra d'aran propè Casale de Laran —— dicta fossa prout itur seu iri potest rectè per dictam Serram d'aran versùs aliam fossam,

fossam, quam dixerunt esse propè versùs viam publicam per quam itur versùs Oliges, et de dicta fossa, prout rectè iri potest versùs quendam gotal —— invisoo, et deindè prout idem Gotal cadit in Rivo vocato de Laranviloo, et prout idem rivus cadit en u sendee, ex parte una: et dicta Serra, et de dicta fossa versùs quendam Gotal, qui est propè dictam fossam —— vo de Carast —— rivo deu Meudoo —— fossa, quam dixerunt esse propè dictum Rivum, et de dicta fossa, et de fossa in fossam, seu de cofino in cofinum versùs quandam fossam seu cofinum, quam dixerunt esse —— dictum rivum —— de possessione et proprietate monasterii Casædei. Item dixerunt quod territoria seu casalia, cum omnibus juribus, deveriis et pertinentiis suis; de Gratalop, cum hominibus natis et nascituris; de [illegible]caroo, —— de [illegible]ali casso, d'Odiis, de la Casalada, de Mota de Ripa alta, de Lossinal, dolaren, de Berno, de guernac, de Broqua cassaia, de Cortia, darmos, de Labatus, —— de Costa capen —— de masquereda, et aliæ terræ, quæ sunt seu confrontantur cum Serra d'aran, ex parte una, à quadam fossa, quam dixerunt esse in dicta Serra d'aran, inter terram de la Casalada et petra mollis —— fossa sive —— itur seu iri potest per dictam Serram usque ad terram deu Cau et d'arosses, ex parte una: et cum dicto rivo de la Prade, ex ceptis terris de Caharon et de Ripa, ex altera: et cum aqua vocata lo Boes,

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N.° 111. Calledieu. 1290.

eu Liis, ex altera ——— de Masquaraas, ex
altera, sunt et sint de possessione et proprietate
monasterii Casæ dei. Et omnes aliæ terræ quæ
sunt infrà dictos terminos seu confrontationes,
exceptis terris de Caharon et de Rupa ———
et possessionibus quod homines dicti Teobaldi
in castris seu villis ——— sine constructione
Cabanarum et bordarum extrà dicta castra
seu villas ——— dictorum castrorum, quod —
possit ——— animalibus propriis vel parcionariis,
grossis et parvis, depascere in dictis terri ———
scilicet erbas, folia, glandes, feugueres. subtùs
terram et desuper, et omnes fructus silvestres et
ligna ad confectionem ——— castris et villis —
necessaria. animalia verò extranea seu aliena
in terris predictis et possessionibus per dictum
Teobaldum, seu per homines suos minimè —
mittantur ——— pascant ibidem nomine domini
de Bellucia ——— voluntate abbas et conventus
dicti monasterii. Item dixerunt, quod tres —
solidos morlanorum recipiant de terris seu
deveriis d'Arlcau in festo omnium Sanctorum.
Item ——— rupa in eodem termino annuatim
alios tres solidos morlanorum ——— abbati et
conventui, vel eorum certo mandato. Item
dixerunt, promulgaverunt, dicti arbitratores
seu amicabiles compositores, quod omnes —
terræ, territoria, vilaria, quæ sunt extrà dictos
terminos seu confrontationes, prout confrontantur
à dicta Serra d'Aran usque ad terminum deu
cau, parte inferioris, sunt et sint de possessione,
proprietate et juridictione dicti Teobaldi sine —

parte

N.° 111. Calledieu. 1290.

parte dicti monasterii, excepto quod per —
omnes terras ermas et cultas ubicumque
dictus dominus Teobaldus habeat, vel habere
debeat in Pardiaco et in Fezenciaco, quod
dictum monasterium, seu abbas et conventus,
et omnes Grangiæ in Pardiaco situatæ dicti
monasterii, possint, et eis sit licitum habere
padoëntiam et depasci cum suis animalibus
grossis et parvis, cujuscumque generis sint
vel pili, et parcionorum, donatorum et —
nunciorum suorum, scilicet glandes, erbas, —
folia, aquas currentes et non currentes, feuguera
subtùs terram et desuper, et omnes fructus —
silvestres, ligna sicca et virida, lapides —
parvas et magnas ad opus domorum suarum
necessaria et necessarios: et quod in dictis terris
et possessionibus possint et eis sit licitum, —
quandocumque et quotiescumque eis visum
fuerit, construendi Cabanas, et morandi ibidem
de nocte et de die cum animalibus. Item
dixerunt, quod omnes de Lart habeant —
illam padoenciam predictam, sicut superius —
continetur. Item dixerunt, quod pignora —
quæ habent ——— monasterii in fario de
Caharon et de Rupa, et in casalibus de Justoos,
et in Domengedura de aguas, et in aliis terris
et casalibus à predecessoribus dicti Teobaldi,
absolvent et gurpient ——— non obstante
padoentià dictorum hominum dicti Teobaldi,
quod dicti abbas et conventus possint, et eis sit

Z. iiij.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

N°. 111. Casedieu. 1290. licitum vendere, infeudare, extirpare
dictas terras et possessiones, vendas ——
recipere et carnalare animalia extranea,
recipere forestagia de hominibus extraneis.
Item quod Dominus Teobaldus suas terras
predictas possit, et ei sit licitum vendere et
infeodare —— recipere de predictis et carnalare
animalia extranea, non obstante padoentiâ
dicti monasterii, et forestagia recipere de ——
omnibus extraneis. Item dixerunt dicti arbitri,
arbitratores seu amicabiles compositores, quod
predictæ partes omnia et singula in hoc publico
instrumento contenta, ut melius superius sunt
expressa, teneant, et compleant, et observent,
et nunquam contraveniant aliquo tempore,
ullomodo —— arbitramentum dictorum arbitrorum
omnium predictorum dictæ partes laudaverunt
et approbaverunt, et inde se tenuerunt pro
bene et firmiter pro paccatis, omnia ——
predicta et singula superius contenta ——
Testes, qui suprà: et ego notarius supradictus,
qui de mandato dictorum arbitrorum, et de
consensu partium hoc publicum instrumentum
scripsi e

Plaisance. 1322. N°. 112.

Pareage de Plaisance entre le Comte d'Armagnac & l'Abbé de la Case-dieu.

NOtum sit cunctis, quod in mei notarii et testium subscriptorum presentia, personaliter constituti egregius et potens vir Dominus Johannes, Dei gratiâ comes Armaniaci, Ferenciaci et Ruthenensis, Dominusque Terræ

Ripparie

Ripparie, ex una parte; et frater Petrus de Ferrerio, Sindicus Domini abbatis et Conventûs Monasterii Casæ Dei, Premonstratensis ordinis, Diocesis auxitanensis, cum speciali mandato ad infrà scripta: cujus mandati tenor est inferiùs insertus, ex altera. Prefatus Dominus Comes, de voluntate et auctoritate egregii ac potentis viri Domini Rogerii de Armaniaco, Domini Baroniæ Malileonis, Patrui et Curatoris dicti Domini Comitis, ibidem presentis; et dictus Sindicus de voluntate, consilio, et assensu, et mandato dictorum abbatis et conventûs, et de auctoritate superioris, prout fidem fecit per quasdam patentes litteras sigillo abbatis Sancti Martini Laudunensis sigillatas, quarum tenor inferiùs continetur; et insuper de voluntate et expresso consensu dicti Domini abbatis, videlicet venerabilis et Religiosi viri Domini Vitalis, Dei gratiâ abbatis præfati monasterii Casæ Dei, et fratris Dominici de Angolino, Sacristæ, et fratris Dominici Dangays, canonici predicti monasterii, ibidem præsentium, processerunt ad faciendum inter se pariagium et associationem super facienda per eos nova bastida de Loco vocato de Rippa alta, sito in loco Ripparie sive Terra predicta, pro utilitate, ut dixerunt, dictorum Comitis et monasterii, sub formis, modis et conditionibus infrascriptis. Imprimis, videlicet, quod omnes Terræ cultæ et incultæ, saltus et nemora, quas habet predictum monasterium Casæ Dei in tota terra Ripparie predicta, et in quacumque ejus parte, et quas habet in Armanhaco in Loco vocato Dius abel, et in Loco vocato de la Forest, sint in pariagio dictæ bastidæ, et de bailivia, districtu, jurisdictione et contributione ejusdem, et eas in pariagium dedit Sindicus antedictus;—

Plaisance. 1322. N°. 112.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Plaisance. 1322. N°. 112.

quæ terræ seu territoria sunt hæc, videlicet de Rippa alta, de Tilheto, de Lobarato, prout limitantur et protenduntur usque ad fluvium vocatum La Ros, ex una parte; et territorium de Peyria usque ad quoddam vadum in aqua vocata Basue, ex altera; et prout ascenditur per dictam Basuam juxtà territorium Domini de Galiax versùs furcum de Favas, et deinde usque ad terminum positum juxtà fontem de Barbad, qui terminus dividit territoria de Ripa alta, et Domini de Galiax, et Augerii de Senlane; et prout de dicto fonte de Barbad ascenditur versùs quamdam arborem vocatam Mesple; et ex illa versùs aliam quamdam arborem vocatam Aurero; et ex illa versùs passum vocatum d'Enganadure, ex altera; et prout descenditur de dicto passu secùs terram Ramundi Sac de Antino, Domicelli, vocatam de Lengros; et deinde per viam publicam usque ad quoddam iter quod cadit in fluvium de la Ros, ex altera.

II. Item territorium vocatum Desplanque, quod confrontatur cum fluvio de la Ros, et cum aliis territoriis contentis in instrumento per Dominam Willermam de Montecatheno concessis Monasterio antedicto. Concessit etiam dictus Sindicus omnia et singula territoria et casalia, quæ habet vel habere debet dictum monasterium in terra Ripparioe predicta, etiam si sint extrà confrontationes et limites suprascriptos. III. Item de eisdem terris seu territoriis dictus Sindicus nomine Monasterii predicti, dedit et concessit pro medietate predictorum Domino Comiti et suis trecenta et quadraginta arpenta terroe contigua et propinquiora dicti loci de Rippa alta, ut eisdem Domino Comiti et Monasterio sint in omnibus communia pro indiviso. Item in territoriis de Diusabol, et de la Forest, et de la Coste de Serras dedit pro medietate, et pro indiviso dicto Domino Comiti sexaginta arpenta terroe, si per informationem super hoc factam vel faciendam appareat dictum Monasterium tantumdem ibidem habere, et si minùs quam sexaginta arpenta habeat, in illo minori dedit Comiti medietatem

Plaisance. 1322. N°. 112.

medietatem pro indiviso; hoc pacto quod si appareat dictum Monasterium nihil habere in dictis territoriis, quod nullam emendam occasione hujus donationis teneantur facere dicto Domino Comiti; et si appareret dictum Monasterium habere ibidem plusquam sexaginta arpenta, quod totum illud ex integro et pleno jure Domini Comitis sit, ita videlicet quod predicta trecenta quadraginta arpenta et alia sexaginta, si ibi inveniantur, eisdem Domino Comiti et Monasterio sint communia pro indiviso cum omnibus suis emolumentis, sive ex molendinis, sive ex Leuda, sive ex quibuscumque rebus vel causis aliis processerint: alioe verò terroe quas habet monasterium predictum in Terra Rippariæ supradictoe remanebunt prout nunc sunt in proprietate dicti Monasterii, et monasterium solum et in solidum ibidem recipiet agreria, feuda, vendas, impignorationes, et eas quibus voluerit, dabit, vel infeudabit ad perticam tamen et consuetudines dictoe Bastidoe. Jurisdictio tamen omnis alta et bassa in terris contiguis dictoe Bastidoe, quoe sunt in terra Rippariæ, communis erit dictis Domino Comiti et Monasterio, et etiam jurisdictionis emolumentum, et medietatem jurisdictionis, meri et mixti imperii dictus Dominus Comes dedit et perpetuò concessit monasterio supradicto cum medietate emolumentorum eorum in terris quas habet Monasterium in terra Ripparioe duntaxat, et contiguis dictoe Bastidoe, ut predictum est, et in molendino d'Esplangue cum prato ibi contiguo, cujus quantitas non excedit unum arpentum; in terris verò sparsis et non contiguis dictoe Bastidoe, quas ibi habet dictum monasterium, habebit dictum monasterium, si eas dederit ad perticam dictoe Bastidoe, omnia illa, quoe inferiùs concedentur aliis Nobilibus vel Religiosis terroe Ripparioe, qui terras suas dabunt ad perticam

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Plaisance. 1322. N°. 112. dictæ Bastidæ, et in aliis terris d'ls planque; in sexaginta verò arpentis terræ si sint in dictis territoriis de Biusabol, de la Forest, et de la Coste de Serras, et si non sint in minori parte quantacumque sit, dedit dicto Monasterio medietatem incursuum, et totius emolumenti jurisdictionis altæ et bassæ, jurisdictione omnimodâ, et exercitio jurisdictionis penes ipsum Comitem per personas infrascriptas expediendo totaliter remanente. IV. Item dictus Dominus Comes dedit et posuit in pariagio predicto, et ad consuetudines dictæ Bastidæ, omnes terras suas et subditorum suorum, quæ in terra Armanhaci sitæ sunt inter territoria de Marcelhano, et de Podio Draguino, et inter aquas vocatas de la Ros et deu Mieudon, ita quod sint de contributione et consuetudine Bastidæ predictæ, et ad Bajulum communem dictæ Bastidæ spectet in dictis locis judicium Causarum civilium; et minores leges et clamores usque ad summam decem solidorum Turonensium, erunt communes inter dictos Parierios, exceptis pechis vedatorum Comitis, quæ ipsius solius erunt. De causis criminalibus et de criminibus in dictis territoriis perpetrandis, non cognoscatur intrà dictam Bastidam, nec etiam de civilibus, sed in aliquo loco intrà Comitatum Armaniaci ad hoc deputandum, propè et citrà Fluvium de la Ros; et judicabuntur dictæ Causæ civiles per solum Bajulum communem, et criminales secundùm consuetudines dictæ Bastidæ per Bajulum et Consules dictæ Bastidæ, vice, nomine et auctoritate solius Domini Comitis, et ut judices ejusdem duntaxat judicabunt et cognoscent; et ibidem fiet executio in furcis Domini Comitis citrà dictum fluvium de la Ros; et omnes redditus totius jurisdictionis et emolumentum in et de locis predictis provenientes spectabunt in solidum ad Dominum Comitem, exceptis decem solidis superiùs expressatis, et quod de predictis nullum jus in aliis dicto Monasterio acquiratur. V. Item si aliquæ terræ Nobilium seu monasteriorum terræ Ripperiæ per eos datæ sunt ad perticam et consuetudines dictæ Bastidæ, illæ terræ erunt de consuetudine, contributione,

jurisdictione

jurisdictione communi et Ballivia dictæ Bastidæ, et emolumentum jurisdictionis in eis erit commune inter Dominos Comitem et Abbatem usque ad decem solidos Turonenses. VI. Item nobilis ille, seu monasterium, qui terram dederit ad dictam perticam, habeat per manum Bajuli dictæ Bastidæ quinque solidos morlanorum in casibus, sicut prout hactenùs habere consuevit, et nichilominùs ubi aliqua bona immobilia de illis quæ tenentur ab aliquo nobili seu monasterio veniant in incursum, bona illa infrà annum per preconem publicum dictæ Bastidæ subhastentur et vendantur per Procuratorem Domini Comitis alicui, qui ea teneat ad consuetudinem dictæ Bastidæ ab eodem Nobili seu monasterio, et de precio illorum immobilium detur quarta pars dicto Nobili vel Monasterio, et tres partes residentiæ unà cum omnibus mobilibus Domino Comiti applicentur; ita tamen quod debita omnia primitùs exsolvantur, tam de mobilibus, quàm de immobilibus, pro rata et valore mobilium et immobilium; ita videlicet quod si mobilia valent centum libras, et immobilia centum, tunc solvatur medietas debitorum de mobilibus, et alia medietas de immobilibus: et si mobilia duplus valent quam immobilia, vel è contrà, tunc duplum debitorum solvetur de parte duplum valente, et sic de aliis summis secundùm majus aut minus, et idem erit de terris sparsis et non contiguis dictæ Bastidæ, quas habet dictum Monasterium Casæ Dei in Terra Ripperiæ, et quas dabit ad perticam dictæ Bastidæ. VII. Item, quod nullus habitator seu Vicinus dictæ Bastidæ possit in terris dicti Pariagii molendinum aquæ vel venti facere vel habere, nec terras sibi traditas infeudare, vel ad superfeudum dare. VIII. Item si loca molendinorum appareant in terris assi-

Plaisance. 1322. N°. 112.

grandis habitatoribus dictae Bastidae, quod possint ibi construi molendina per Dominum Comitem et Monasterium predictum, non obstante inhibitione Feudatorum ipsorum, satisfacto tamen eis de dictis terris ad cognitionem Consulum dictae Bastidae, et quod paxeria possit liberè firmari in terris Monasterii citrà fluvium de la Ros. IX. Item predictus Sindicus, non obstante donatione et assignatione superiùs factis, retinuit sibi in terra Ripperiae quadraginta arpenta ~~[illegible]~~ terrae vel nemoris contigua vel non contigua ad suam electionem pro vedato seu vedatis extrà trecenta ~~[illegible]~~ quadraginta arpenta superiùs communicata et eorum Confinia. X. Item quod in dictis vedatis consignatis et sub ballo positis dictus Dominus Comes, seu ejus Gentes, aut habitatores dictae Bastidae, seu pertinentiarum ejusdem, aut aliqui alii undecumque sint, non sint ausi recipere, deportare vel facere deportari in carro vel animalibus, homine vel muliere, facere abstrahi ligna sicca vel viridia, intrà valla seu signa dictorum vedatorum existentia sine licentia ~~et~~ aut voluntate dicti Domini Abbatis, seu suorum Successorum; quod si contrà predicta aliqui de dictis habitatoribus vel aliis adventitiis venerint, in quinque solidos Turonensium parvorum dandis dictis Dominis pro justitia puniantur, et qui de damno dato Domino Abbati, seu ejus Successoribus, emenda fiat ad cognitionem Bajuli et Consulum dicti loci. XI. Item, quod Messeguerii communes dictae Bastidae custodiant et custodire teneantur dicta vedata seu Deffensa, et pignorare possint quoscumque talantes cum suis animalibus, vel damnum dantes undecunque sint in dictis vedatis, de die vel de nocte, et quod pro labore et salario dicta sua pecha quantacumque sit recipiant tertiam partem. XII. Item ~~retinuit sibi dictus Sindicus~~ quod dicti Messegueri communes, qui pro tempore fuerint dictae Villae, jurent et jurare teneantur in principio suae institutionis dicto

Plaisance. 1322. N°. 112.

dicto Domino Abbati se fideliter custodire dicta vedata seu deffensa, denunciare quoscumque delinquentes Bajulo et Consulibus dicti Loci. XIII. Item retinuit sibi dictus Sindicus, nomine Monasterii, Bordam de Larrossed cum terris ibidem inclusis per fluvium de la Ros et Grangiam de Ripaalta, videlicet Terradam cum Bordis ibidem existentibus, prout ~~[illegible]~~ extendantur et concluduntur per circuitum valli usque ad Fluvium de la Ros et molendinum d'Esplangue, quod est in terra et jurisdictione Ripperiae, cum prato ibi existente; ita quod in predictis tota proprietas penes dictum Monasterium remaneat; jurisdictio verò omnimoda cum omni emolumento suo communis sit, prout superiùs est expressum. XIV. Item retinuit sibi dictus Dominus Comes, sex Plateas ubi elegerit in uno loco de extremis dictae Bastidae, pro Castro seu domo facienda, et vedatum de Causapte; in quibus plateis erit jurisdictio communis. XV. Item in dicta Bastida erit unus Bajulus communiter instituendus per dictos Parierios, qui in eorum, vel deputandorum ab eis, presentia jurabit quod in suo officio fideliter se habebit, aliàs suum officium non exerceat; et si contingat dictam Bailiviam arrendari, vel aliàs, conjunctim hoc fiat infrà dictam Bastidam per ipsos Parierios, vel eorum Procuratores, et in festo Nativitatis beati Johannis Baptistae. Bajulus autem elapsis duobus annis non assumetur nisi de habitatoribus dictae Bayliviae, vel ejus Locumtenens, nisi in casu necessitatis. XVI. Item Judex Comitis in dicta Bastida tenebit assiziam vice et nomine ipsorum Comitis et Abbatis; cui etiam Abbati jurabit, quod in suo officio fideliter se habebit, aliter ibi judicare non audeat; et Judex ille cognoscet de magnis causis civilibus in quibus libellus erit offerendus, si hoc actor petierit, et de querelis Bajuli et Consulum, et aliorum Officialium, et de omnibus causis quae coram eo introducentur. Qui Judex recipiet pensionem à dictis Dominis Comite et ab-

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Plaisance. 1322. N°. 112.

bate communiter pro his quae tangunt pariagium, persolvendam. XVII. Item à Bajulo vel Consulibus dictae Bastidae cognoscentibus, prout ad quemlibet eorum pertinuerit, ut suprà premittitur, de Contractibus vel quasi, delictis vel quasi, factis vel perpetratis in Terra Ripperiae predicta, vel de aliis causis ad eos pertinentibus, appellabitur ad ipsum Judicem ordinarium, qui de appellatione cognoscat, vice et nomine Comitis duntaxat in dicta Bastida. Ab ipso autem Judice ordinario appellabitur ad Senescallum vel Judicem appellationum Domini Comitis, qui similiter vice solius Comitis et in solidum cognoscet in dicta Bastida vel in Terra Ripperiae; et si forte Judex ordinarius primam tulerit sententiam, et Senescallus vel Judex appellationum secundam, et ab illa secunda contigerit appellari, appellabitur ad Dominum Comitem, qui causam, cui voluerit, delegabit infrà dictam Terram Ripperiae examinandam et decidendam; et eo modo si pluries appellari contigerit ad ipsum Comitem, et à suis Delegatis vel Commissariis specialibus appellabitur, qui modo consimili delegabit, et infrà terram Ripperiae suprà dictam. De factis autem vel perpetratis in Pariagio de Armaniaco appellabitur prout hactenus est fieri consuetum. XVIII. Item Servientes in dicta Baylivia concorditer et communiter per dictos Parierios creabuntur, et eis ambobus jurabunt quod in suo officio fideliter se habebunt, et in baculis suis portabunt signum cujuslibet Dominorum, aliter suum Officium non exerceant. XIX. Item notarius Curiae Bajuli et Consulum per Parierios communiter ~~[illegible]~~ eligetur et instituetur, et utrique eorum jurabit, quod fideliter scribet in causis civilibus et criminalibus, et aliter in Officio suo fideliter se habebit, aliter officium suum non exerceat, et emolumentum dictae notariae erit commune Parieriis antedictis. XX. Item Consules dictae Bastidae in creationis suae primordio jurabunt dictis Parieriis, vel eorum vicem gerentibus annuatim, prout in dictis Consuetudinibus fuit ordinatum, aliter non exercebunt suum officium Consulatus. XXI. Item in dicta Bastida fiet fortalitium

Plaisance. 1322. N°. 112.

litium commune, in quo forefacientes et delinquentes in dicta Baillivia custodientur ad expensas communes dictorum Dominorum; et si contingat ibi poni Castellanum, communiter ponetur per ambos Dominos ad communes expensas eorum. XXII. Item quod omnes et singulae preconisationes fient in dicta Bastida ex parte Domini Comitis et Abbatis. XXIII. Item in novitate cujuslibet Dominorum, videlicet dictorum Parieriorum, Universitas et singulares ejusdem Bastidae teneantur infrà annum juramentum fidelitatis cum suis Capitulis prestare novo Domino juxtà juris formam. XXIV. Item quod habitatores dictae Bastidae de lignis etiam viridibus pro suis edificiis de nemoribus propriis Domini Comitis et Abbatis, ubicumque, extrà vedam tamen, recipere possint quantum velint, et eis necessaria fuerint hinc ad viginti annos, et de siccis in perpetuum, extrà vedam tamen. XXV. Item quod dictus Dominus Comes, et ejus Successores, deffendere teneantur dictum monasterium, res et personas ipsius, tanquam Fidelium suorum intrà suum districtum, et etiam extrà, quatenus ad eum pertinebit, et tene- ~~[illegible]~~ jurare Domino Abbati, et ejus Successoribus, totum presens pariagium servare in novitate sui regiminis, et antequam ab Universitate dicti Loci recipiat juramentum; et vice versà Dominus Abbas consimile juramentum de servando pariagio prestet Comiti, et ejus successoribus, in novitate sua priusquam à dicta Universitate recipiat juramentum. XXVI. Item Dominus abbas, qui nunc est, et qui pro tempore fuerit, tenebitur prestare juramentum fidelitatis et homagii Domino Comiti pro jurisdictione predicta, et aliis quae habet in terra Ripperiae, sicut alii nobiles terrae Ripperiae, et recognoscet dictus abbas, prout hactenus recognovit se tenere à dicto Domino Comite omnia

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Plaisance. 1322. Nº. 112.

quae habet dictum monasterium in terra Ripparice et Armaniaci. XXVII. Item quod neuter Parieriorum predictorum in personas extraneas partem dictae Bastidae alienare vel transferre possit, nisi in heredem. XXVIII. Item quod si aliquis vel aliqui litem vel querimoniam facerent de superius concessis per dictum Dominum Comitem dicto Monasterio, videlicet de alta jurisdictione et mero et mixto imperio, idem Dominus Comes litem ipsam propriis sumptibus ducere teneatur; et idem erit vice versâ de dicto Monasterio, si super concessis per ipsum moveri contingeret questionem. XXIX. Item quod de uno arpento ad feudum annuum pro borda, vinea, nemore vel prato, habitatoribus dicti loci concessis, dem pro feudo viginti Turonenses solvendos annuatim in festo omnium Sanctorum. XXX. Item pro casali octo denarios Turonenses in dicto festo solvendos. XXXI. Item pro casaloto, quatuor denarios Turonenses solvendos annuatim in festo beatae Mariae Magdalenae. XXXII. Item quod in solutione dictorum censuum diebus in instrumentis assignatis ad solvendum defecerint, pro defectu solvant Domino feudali qualibet vice quâ deficient, censum duplicatum, et ad hoc per Bajulum compellantur. XXXIII. Item quod terrae concedendae habitatoribus dictae Bastidae ad laborantiam, concedantur ad nonam partem fructuum ibidem excrescentium in grano vel garba, ad electionem Domini feudi, et non dividantur nisi in presentia Nuncii deputati per Dominum Territorii, ita quod nona pars ratione expensarum factarum in collectione, secatione vel preparatione minimè minuatur. — XXXIV. Item de blado quod portabitur ad molendina dicti Pariagii, recipietur tantummodò decima sexta pars pro modura. XXXV. Item quicumque extrà jurisdictionem et districtum dictae Bastidae ligna sicca vel viridia sine voluntate Parieriorum abstraxerit, pro pena in decem solidos turonenses

condemnetur.

Plaisance. 1322. Nº. 112.

condemnetur. XXXVI. Item quod Sindicus dicti Monasterii Casaedei possit omnes terras monasterii Casaedei in terra Ripparice et extrà dare et tradere habitatoribus dictae Bastidae extrà trecenta et quadraginta arpenta territorii de Diusabol communia et indivisa inter Parierios predictos per se et sine Procuratore dicti Domini Comitis infeodare et cartas concedere, prout convenient de predictis terris cum habitatoribus dictae Bastidae. XXXVII. Item Bajulus, et omnes et singuli dictae Universitatis, teneantur dicto abbati et ejus Successoribus, vel ejus mandato obedire pro deffensione bonorum Monasterii Casaedei infrà dictum Pariagium et Bailiviam dictae Bastidae quotiescumque per eum seu eos fuerint requisiti. Praemissa omnia et singula, prout suprà scripta sunt, et non aliter, neque ultrà, promiserunt una pars alteri per firmam et solempnem stipulationem firmiter in perpetuum observare, et non contrà facere vel venire aliquâ occasione vel causâ, per se vel alium, directè vel indirectè; et renunciaverunt expressè omni auxilio juris et facti per quod possent contrà premissa vel aliquod premissorum in aliquo se juvare. Suit la Procuration de l'Abbé & chapitre de la Casedieu en datte du 16. Fevrier 1322. jour de Ste Julienne. On y voit

Vital, Abbé.

Arnaud de Bosco, Prieur.
Guillaume Dareu, Sousprieur.
Sans de Sto Saturnino, Circateur.
Guillaume de Maubourguet.
Dominique Dangolin, Sacristain.
Guillaume Donat.
Vital de Melhon, Vestiaire.
Bernard de Tasqua.
Bernard de Piru.
Guillaume de St Justin.
Gaillard de Panassac.

Jean de Vidalau.
Raimond de Sarrant, Proviseur.
Arnaud de Montezun.
Dominique Dangais.
Guillaume de Ponsan.
Guillaume de Casalibus.
Dominique de Lomagne.
Bernard de Bus.
Jean d'Armagnac.
Guillaume de Fabrica.
Bernard de la Fita.
Pierre de Pererio, Sindic.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Plaisance. 1322. N°. 112. Milon, Abbé de St. Martin de Laon, avoit donné un pouvoir general en 1304. durant le Chapitre general tenu alors à Premontré.

Acta fuerunt hæc apud Motam Daudo in Fezensaguello, decimo Kalendas Martii anno ab Incarnatione Domini Mº. cccº. xxijº. régnante Karolo, Francorum & Navarræ Rege, et dicto Domino Iohanne, Armaniaci, Fezenciaci et Ruthenorum Comite existente, et in Terra Ripparive dominante; et sede Auxitanâ vacante. Testes hujus rei sunt Domini Guilhermus de Barreria, Senescallus Armaniaci et Fezenciaci; Audebertus Mascaron, Milites; Domini Guilhermus de Cardelhaco, Canonicus et Archidiaconus Anglesii in Ecclesia Auxitana; Petrus de Baco, Decretorum; Guillermus Amici, Legum Doctores; Sicardus de Sparveriis, Domicellus; et ego Iohannes de Gorgua, publicus Notarius dictorum Comitatuum Armaniaci et Fezenciaci, et dictæ Terræ Ripperiæ, ac Vicecomitatuum Fezensaguelli et Brulhesii, qui de voluntate, expresso assensu ac requisitione dictorum Domini Comitis, et Fratris Petri de Pererio, Sindici dicti Monasterii Casædei et Domini Abbatis Casædei, ac fratrum Dominici de Angolino, Sacristæ, Dominici Dangays, Canonici ejusdem Monasterii predicti, hoc presens instrumentum scripsi, et in formam publicam redegi, et signo meo consueto signavi in testimonium premissorum. Et ad majorem roboris firmitatem nos Comes et Rogerius, Abbas et Conventus predicti huic presenti publico instrumento sigilla nostra apponi fecimus et appendi.

Marciac. 1299. N°. 113. Accession des Seigneurs de Tourdun & de Juillac au Pareage de Marciac.

Noverint universi, quod nobiles Viri Theobaldus de Petrucia et Geraldus de Sparollio, Domicelli, Domini Castrorum de Torduno et de Julhaco, pro se, heredibus et successoribus suis, ex parte una; ac Guilhermus-Garsiæ Molinerii, Dominicus de Quercu, Arnaldus-Guilhermus de Villanova, Domicellus,

Domicellus, Consules novæ Bastidæ de Marciaco, pro se ipsis et Conconsulibus suis, de voluntate et consensu Ramundi de Baudano, Heliæ de Baretge, Bernardi de Las, Amalarici de Monteabisso, Domicelli; Dominici Anuffracii, Arnaldi de Monaco, Fortanerii de Faubario, et plurium aliorum proborum Virorum Burgensium et Habitantium dictæ Bastidæ de Marciaco, ibidem presentium, pro se ipsis et omnibus aliis universis et singulis hominibus Universitatis dictæ Bastidæ, ac etiam futuris, ex altera; super dissentione et discordia seu controversia, quæ erat, fuerat seu interesse poterat in futurum inter dictos Nobiles et eorum gentes seu feudatarios, et dictos Habitantes dictæ Bastidæ pro terris et possessionibus cultis et incultis dictorum Nobilium de tenemento Castrorum predictorum de Torduno et de Julhiaco, et circumcircà, occupatis et occupandis per Burgenses et Juratos dictæ Bastidæ, et per Perticam dictæ Bastidæ Domini Regis, et super nimiam quantitatem terrarum et nemorum deffensorum, pratorum et vinearum, quæ et quas dicti Nobiles sibi appropriabant seu appropriare intendebant, et ad manum suam retinebant, et super Messegaria et Gardiagia predictarum possessionum et terrarum; dicti Nobiles parte et nomine quo suprà, non coacti, nec decepti, dolo vel vi, nec fraude aliquâ circumventi, sed pro favore et benevolentia dictæ Bastidæ, et Burgensium, et Habitatorum nunc et in posterum in eadem, salvis et retentis per dictos nobiles omnibus jurisdictionibus suis, et pascuis sibi et heredibus et successoribus suis, de quibus in solidum vel in parte. propterea quæ inferiùs continebuntur, non intendunt derogare, imò ea sibi retinuerunt expressè; et dicti Consules, pro se et nomine quo suprà, venerunt ad

Marciac. 1299. N°. 113.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Marciac. 1299. N°. 113.

pacem et concordiam unanimiter et concorditer
in hunc modum, ita videlicet quod dicti nobiles, et
quilibet ipsorum, pro rata sibi contingente, pro
seipsis, et heredibus et successoribus suis, dederunt
et concesserunt Consulibus supradictis recipien-
tibus pro se et universitate ~~hominum~~ predic-
torum, nunc et in posterum in predicta Bastida
habitantium, terras suas predictas cultas et
incultas ad Perticam, usum et libertates dictœ
Bastidœ, ad habendum, tenendum et perpetuò
faciendum et explectandum pacificè et quietè,
juxtà usus et consuetudines dictœ Bastidœ; vi-
delicet, quod habitantes dictœ Bastidœ, qui dic-
tas terras et possessiones habent, tenent et pos-
sident, et habebunt, tenebunt et possidebunt in
futurum, reddant, et dare, reddere et solvere
teneantur dictis nobilibus, seu eorum Bajulo,
et heredibus et successoribus eorumdem, de ter-
ris et possessionibus oblialibus, census et oblias,
videlicet de vineis, pratis, et hortalitiis, et borda-
litiis, seu locis in quibus fiunt Domicilia seu Bor-
dœ, de quolibet casali quatuor denarios Tholo-
sanos, et de quolibet arpento decem denarios
Tholosanos, et secundum magis et minus, prout
in dicta Bastida erit fieri consuetum. Et de aliis
terris cultis et excolendis agrarium, videlicet
nonam partem in garba vel in grano ad dicto-
rum nobilium electionem. Et si contingat ven-
dere dictas terras et possessiones, de quolibet So-
lido venditionis unum denarium currentis Mo-
netœ; et si contingat dictas terras impignorare,
de quolibet solido unum obolum; et alia jura sua
et deveria juxtà usus et consuetudines dictœ
Bastidœ; ita videlicet, quod de quolibet arpento
per eosdem nobiles, seu eorum Bajulum, seu Ba-
julos, tradendo seu incartando secundum magis
et minus, quando eis incartabuntur dictœ terrœ,
et tradentur, dent et solvant, et dare et solvere
teneantur dictis nobilibus, seu eorum Bajulo,
vel

vel certo mandato, quatuor solidos morlano-
rum sine pluri, et semel tantùm pro incar-
tagiis illis, quibus dictœ terrœ incartabuntur.
Retinuerunt que dicti nobiles sibi, heredibus et
successoribus suis, in territorio vocato de Gar-
deriis et de Ligis sexaginta arpenta terrœ ad
perticam predictœ Bastidœ, ad suas et suo-
rum voluntates inde perpetuò et plenariè
faciendas. Item retinuerunt sibi dicti nobiles
ultrà sexaginta arpenta terrœ seu nemoris
ad eandem mensuram in loco seu foresta —
vocata   pro deverio in loco et parte
in quo sine minori prejudicio dictœ Bastidœ
fieri ~~poterit~~ possit; et hoc fiat ad cognitionem
Ramundi de Baudeano, Guilhermi Garsiœ
Molinerii, Dominici de Quercu; et retento hoc,
quod de dictis terris cultis pertinentiarum dic-
torum Castrorum dimittentur ad usus hominum
predictorum Castrorum, ad cognitionem et
ordinationem dictorum hominum electorum,
adjunctis sibi Bernardo de Petrucia et Ar-
naldo de Seroo de Sorduno. Dederunt etiam
et concesserunt dicti nobiles, pro se et eorum
ordinio, dictis Consulibus, nomine quo suprà,
Gardiagiam et Messegariam ~~dictœ~~ Terrœ et
Terrarum et possessionum, quam et quas Bur-
genses et ~~habitantes~~ habitantes dictœ Bastidœ tenebunt,
seu alii eorum nomine; ita videlicet quod Con-
sules dictœ Bastidœ, qui nunc sunt, et qui ~~pro tempore~~
tempore fuerint, ostendant eis messegarium seu
messegarios, qui in eorum districtu custodient et
messegabunt annuatim, et ostendere teneantur
dictis nobilibus. Qui messegarii jurabunt in pre-
sentia eorumdem nobilium, seu eorum Bajuli,
quod in dictis terris benè et fideliter gardiabunt, et
reddent tertiam partem dictœ Messegariœ et —

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Marciac. 1299. N°. 113.

gardiviae dictis Nobilibus seu Bajulo eorumdem. Fuit etiam actum et conventum, quod illi, qui solverint intragia Bajulo dictae Bastidae et Perticae, quando terrae perticatae et traditae fuerint hominibus dictae Bastidae, quod ipsis hominibus tradantur et incartentur juxtà ordinationem Bajuli et consulum predictorum, seu successorum eorumdem, illis qui inventi fuerint habitantes dictae Bastidae; et hoc fiat juxtà ordinationem Bajuli et Consulum dictae Bastidae; et retentis ipsis Dominis molendinario dictorum locorum, si inveniri poterit in terris superiùs nominatis seu pertinentiis earumdem. Quae omnia predicta universa et singula per dictos Nobiles concessa et retenta ipsi nobiles, pro se, heredibus et successoribus eorumdem, ex parte una; et dicti Consules, pro se et nomine universitatis dictae villae qui suprà, sub obligatione omnium Bonorum suorum presentium et futurorum, promiserunt tenere et servare, et non contrà facere, vel venire per se, vel per aliam interpositam personam, in solidum, vel in parte. Demùm dictae Partes renunciaverunt omni juri divino et humano, canonico et civili, usibus et consuetudinibus, Privilegiis et Statutis, per quae, seu quibus, aliqua Partium predictarum contrà predicta venire posset in solidum vel in parte, seu aliquatenùs se juvare. Et nichilominùs dicti Nobiles retinuerunt sibi, suisque heredibus, proprias vineas et prata, quae et quas ipsi nobiles nunc tenent ad usus suos, quae dicti Consules, pro se et nomine quo suprà, concesserunt, voluerunt et etiam approbaverunt. Acta fuerunt haec in nova Bastida de Marciaco, tertià die introitus Junii, anno Domini m°. cc°. lxxxx jx°. regnante Philippo, Rege Francorum; Amanevo, archiepiscopo Auxitano; in presentia et testimonio discreti viri magistri Johannis de Croseto, Bajuli dictae Bastidae; et nobilis viri Domini Petri de Fageto, militis; Arnaldi de Las, Domicelli; Guilhermi-Ramundi de Gergerest, et Geraldi de Pomsano, Domicellorum; magistri Geraldi de Lanuttinio, notarii Mirandae; Peregrini de Viota, Domicelli; et mei Gausberti de Collibus, publici Senescalliae Tholosanae et Albiensis notarii, qui ad requisitionem dictorum nobilium et consulum predictorum, de predictis cartam istam scripsi et retinui, et in formam publicam redegi cum alia alphabeto divisa, et signo meo consueto signavi. Amplia-

Vic-Fezensac. 1465. N°. 114.

Ampliation de la Fondation de la Grange de Vic-Fezensac par le Comte d'Armagnac, l'Archevêque d'Auch & l'Abbé de la Case-dieu.

IN Dei nomine. Amen. Anno à nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto, et die octavâ mensis Julii, Pontificatûs Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri Domini Pauli, divinâ providentia Papae Secundi, anno primo. Noverit tam modernorum presentia, et futurorum auribus innotescat, quod cùm, prout ibidem dictum fuit et assertum, per Dominos Procuratores infrà nominatos dudùm propè Villam de Vico Fezenciaci, Auxis Diocesis, constructa et edificata fuerit una devota Ecclesia in honorem et sub invocatione beatae Mariae, ubi consueverunt prefiati deservire in divinis Religiosi Ordinis Premonstratensis, quae Ecclesia cum Religiosis et membris suis immediatè subjecta est Domino Abbati Casaedei, dicti Premonstratensis ordinis; ad quam Ecclesiam et oratorium predictae beatae Mariae à multis vicinis regionibus dictim plures fidelium confluunt, et visitant dictum oratorium in suis pressuris et anxietatibus, ac etiam ex devotione vota emittunt, Dominusque noster Jesus Christus, suâ solitâ clementiâ, piissimam Matrem suam invocantes, et dictum oratorium visitantes mirabiliter exaudit, et suam inestimabilem potentiam supernaturaliter manifestat, et ad causam multitudinis confluentium ad dictam Ecclesiam, ad quam multi per me-

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Vic-Fe-zensac. 1465. N°. 114. dicata suffragia veniunt, semper et ex-
antiquo tenta fuerit hospitalitas in eadem
quæ non aliter, quam magno custu valet
supportari; Sicque ita quod illustrissimus
Princeps et Dominus noster Johannes, Dei gra-
tiâ Comes Armaniaci, et Reverendissimi in
Christo Patres Domini Johannes, divinâ mi-
seratione Archiepiscopus Auxitanus, et Pe-
trus, eâdem miseratione Abbas dicti monas-
terii Cazoe Dei, decreverint ultrà antiquam
dotem à prima sua fundatione dictæ Ecclesiæ
Beatæ Mariæ constitutam et assignatam, de
bonis eorum propriis et mensarum suarum
aliqua illi Ecclesiæ assignare ad hos fines et
effectus quod dicta Ecclesia, ubi multi Reli-
giosi moram et mansionem suam facere con-
sueverunt, licet non sub specie aut nomine
collegii, in collegiatam sive conventualem
erigatur, ibique certus numerus Religioso-
rum dicti ordinis statuatur, qui omnes ho-
ras Canonicas nocturnas et diurnas sollicitè
laudis psallant, et laudis preconia Deo et beatæ
Mariæ in eadem Ecclesia attentiùs et devo-
tiùs persolvant, crescatque fidelium devotio et
hospitalitati tuendæ majora adjutoria à
devotis personis hac de causa in futurum
porrigantur. Hinc ergo est, quod cum dicti
Domini Comes, Archiepiscopus et Abbas pro
tractando de hujusmodi negotio in unum
commodè convenire non possent, sed ad dictam
collationem de bonis eorum faciendam, certis
modis et formis Procuratores suos constituis-
sent specialiter ad actum premissum; videlicet
idem Dominus noster Comes honorabilem vi-
rum Dominum Garciam Fabri, in Legibus Li-
centiatum, Judicem suum Armaniaci; et dictus
Dominus Archiepiscopus honorabilem virum
Dominum Johannem Marré, in Decretis Licen-
tiatum,

tiatum, Vicarium et Officialem suum Auxi- Vic-Fe-zensac.
tanum; et dictus Dominus Abbas, de licentia, 1465.
auctoritate ac consensu sui Majoris, prout N°. 114.
de hujusmodi licentia et potestate ibidem
prompta fides facta extitit per quasdam
Patentes et apertas litteras in Pargameno
scriptas quadam caudâ Pargameni mem-
branâ sigillo dicti Majoris cerâ viridis coloris
in pendenti sigillatas, quarum tenor infe-
riùs est insertus, religiosos viros fratres Do-
minicum de Sancto Mauritio, Priorem, et
Raimundum de Payberio, Grangerium
Grangiæ de Marrenxis, ac Canonicos dicti
monasterii Casbedei, prout de suis Procu-
rationibus promptam fidem fecerunt, qua-
rum tenor inferiùs est insertus. Qui, in-
quam, Procuratores, videlicet suprà nomi-
nati Garcias Fabri, et Dominicus de Sancto
Moritio, constituti apud Villam Vici-Fezen-
ciaci, Auxitanæ Diœcesis, anno et die predictis,
coram me notario publico et testium infrà
scriptorum presentia, gratis et sponte, non in-
ducti seu seducti ad faciendum et peragendum
omnia et singula infrà scripta; quinimò gra-
tuitâ, liberâ et spontaneâ voluntate, dolo et
fraude cessantibus quibuscumque, habitoque,
prout dixerunt et asseruerunt prenominati
Procuratores, nominibus quibus suprà, sano et
maturo consilio, inde et super omnibus et sin-
gulis inferiùs peragendis, faciendis et perficien-
dis, et certiorati ad plenum, ut asseruerunt, de
voluntate ac jure dictorum Dominorum, suorum
constituentium, ex potestate eis attributa in dic-
tis procurationum instrumentis, contulerunt,
collaverunt, donaverunt, cesserunt, remiserunt
et transtulerunt ac unierunt penitùs et perpetuò,

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Vic-Fezensac. 1465. N°. 114.

donatione valiturâ et minimè revocaturâ,
pro se et suis Successoribus quibuscumque de
bonis dictorum Dominorum constituentium
dictæ Ecclesiæ et Collegio futuro res et bona
in quibusdam cedulis per quemlibet eorum
michi Notario infrà scripto in dictorum testium
præsentia traditis pro inserendo in hoc presenti
publico instrumento, et modo et formâ, et sub
qualificationibus in eisdem cedulis contentis.
Quarum quidem Cedularum tenor sequitur
sub his verbis. Et primò sequitur tenor ce-
dulæ Procuratoris dicti Domini Comitis. Cum
Dominus noster Comes Armaniaci pro-
posuerit fundare unum Collegium Religio-
sorum ordinis Premonstratensis in Ecclesia
beatæ mariæ de Vico, Auxitanæ Diocesis,
cui ab antiquo consuevit præesse unus Gran-
gerius ordinis predicti, et in illa institui per
Reverendum Patrem Dominum abbatem Ca-
sæ Dei, dicti ordinis; et ad fundandum et certo
modo dotandum dictum futurum Collegium,
idem ~~Dictus~~ Dominus noster constituerit Procurato-
rem suum specialem me Garciam Fabri,
Judicem suum in Armaniaco et Fezenciaco,
ideò insequendo pium desiderium et voti-
vam voluntatem dicti Domini nostri Comitis
cum subsequentibus reservationibus et retentionibus,
dictæ fundationi consentire intendo,
et de bonis et rebus dicti Domini Comitis eidem
collegio assignare quæ sequuntur. primò, —
quod in eadem Ecclesia et Collegio perpetuò
instituentur per Dominum Abbatem Casæ Dei
unus Grangerius et septem alii Religiosi Pres-
biteri, et quatuor alii Religiosi in minoribus
ordinibus constituti vel Novicii, qui erunt sub
cura et regimine dicti Grangerii, dicentque sin-
gulis diebus in Ecclesia predicta beatæ mariæ
septem horas canonicas altâ et intelligibili voce,
et unam missam summo mane submissâ voce,
et

Vic-Fezensac. 1465. N°. 114.

et aliam altâ voce et cum nota. Item quod so-
lempnibus diebus tres missas, unam submissâ
voce, et duas cum nota. Item quod annis singu-
lis celebrabunt bis pro augmento Domûs Ar-
maniaci, et ut dominus noster Jesus christus,
et beatissima Virgo Maria, ipsam domum diu-
tiùs et per secula conservare in felici statu dig-
nentur, duas ~~missas~~ solempnes missas, unam
de Spiritu Sancto, et aliam de nostra Domina.
Post mortem verò Domini nostri Comitis, ultrà
dictas duas missas, celebrabuntur pro anima sua
duo obitus solempnes cum missa de Requie et
officio mortuorum in redemptionem suorum
peccaminum; quorum alter celebrabitur tali
die, quo Dominus noster Comes à Domino voca-
bitur ab humanis; alter verò obitus primâ die
quadragesimæ in perpetuum. Et cùm Predeces-
sores Domini nostri Comitis dudùm fundaverunt
certas Cappellanias, quibus voluerunt deserviri
in Castris suis Auxis, Lavardenxis et de Vico,
et quod à multis seculis Capellani preficiendi
dictis Capellaniis per Dominos Comites, cùm non
censeantur jure beneficiorum, tenerentur ce-
lebrare in Capellis dictorum Castrorum certas
missas de Requie, Ego Garcias Fabri, nomine
Procuratorio dicti Domini nostri Comitis, unio si-
ve consentio quod uniantur collegio proventus
dictarum Capellaniarum, qui ascendunt ad
quadraginta octo scuta auri, et ulteriùs duo
scuta, et sic dabuntur eidem Collegio quinqua-
ginta scuta, quæ assigno dicto Collegio in et
super questa et feudis ad dictum Dominum nos-
trum Comitem in loco de Devesia pertinentium.
quæ quidem quinquaginta scuta dictum Colle-
gium, Grangerius seu Deputatus ab eis percipient
per modum feudi, quousque idem Dominus nos-
ter Comes, seu Successores sui, eidem Collegio et-

On ne pria pas bien Dieu, car Jean fut le dernier Comte d'armagnac, en 1473.

© 2009 - Médiathèque Louis Aragon - Tarbes

Vic-Fezensac. N°. 114. 1465.

